



MARCI ZUERI BOXHORNI CHRONOLOGIA

PRÆCIPUORUM UNIVERSI ORBIS IMPERIORUM, REGNORUM, PRINCIPATUUM, RERUMQUE PUBLICARUM ORTUS, MUTATIONES, ATQUE OCCASUS DESIGNANS

edita atque
Plurimis Additionibus & Continuatione usque in præsentem annum aucta

â

DANIELE HARTNACCIO
POMERANO.

Cum Gratia & Privilegio Electorali Saxonico.



BUDISSÆ,
Sumptibus FRIDERICI ARNSTI Bibliopolæ Budiss.
Typis ANDREÆ RICHTERI. Ann. 1677.


CHARITAS

ELECTORALIS
SAXONIÆ
CIVITATIBUS
FLORENTISSIMIS
&
CELEBERRIMIS
MAGNIFICENTISSIMIS, AMPLISSIMIS, EXCELLENTISSIMIS ET CONSULTISSIMIS
DOMINIS
INCLYTÆ
REI PUBLICÆ
LIPSIENSIS
DOMINIS
CONSULIBUS
ÆDILIBUS, TOTIAQUE ADEO AUGUSTO SENATUI
ET ILLIUS ASSESSORIBUS EMINENTISSIMIS
ERUDITIONIS ELEGANTIORIS
PATRONIS
SUMMIS
MAXIMIS.



&
MAGNIFICIS AMPLISSIMIS EXCELLENTISSIMIS
ET CONSULTISSIMIS
DOMINIS
SPECTATISSIMÆ
REI PUBLICÆ
DRESDENSIS
DOMINIS
CONSULIBUS
ET UNIVERSI ILLIUS ORDINIS SENATORII
ASSESSORIBUS GRAVISSIMIS
CULTIORIS LITERATURÆ TUTELARIBUS GENIIS
ET MÆCENATIBUS OPTIMIS.

AMPLISSIMIS NOBILISSIMIS ET CONSULTISSIMIS DOMINIS LAUDATISSIMÆ

REIPUBLICÆ TORGAVIENSIS

DNN. CONSULIBUS

ET TOTI ILLI COLLEGIO SENATORIO CELEBRATISSIMO.
REI LITERARIÆ
ÆSTIMATORIBUS FAVENTISSIMIS

PATRONIS SUIS
HUMILLIMO MENTIS
CULTU
ÆTERNUM
PROSEQUENDIS

AD
CELEBERRIMI
BOXHORNI

CHRONOLOGIAM

LIMATISSIMAM
SUARUM
LUCUBRATIONUM
CERAS & PLUMAS
CUM SIBI NIHIL ANTIQUIUS
ET OPULENTIUS ESSET
DEVOTE OFFERT
SACRAT DICAT
DANIEL HARTNACCIUS POMERANUS.



MONARCHIA PRIMA,

SIVE

ASSYRIORUM,

UNA CUM

CHRONICO POPULI ISRAELITICI,

&

REBUS ILLUSTRIUM GENTIUM;
earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpi-
ravere, aut iis ſe oppoſuere.



·ES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppoſuere.	*ANNI Mundi.*	RESPVBLICA JUDÆORUM *ſive* RES SACRÆ.
	1657.	(Noha *offert Deo & plantat vineam.*)
	1658.	(Arphachſad *naſcitur.*)
	1693.	(Salah *naſcitur.*)
	1723.	(Eber *naſcitur, à quo Ebræi nomen habuerunt.*)
	1757.	(Peleg *naſcitur.*)
Sparſis gentibus, & inter primæ mo-ırchiæ exordia, deſinunt *Imperia* illa *mma paterna*, quæ jus naturalis pietatis; incipiunt *politica*, quæ jus civilis ſocietis ac dominationis conſtituunt. Et Re-ores rerum non Patres, ſed Reges, & in ıæ exerunt imperium non familiæ, ſed *ma* appellantur. Horum enim tempo-m Imperia omnia ſunt regia, & Reges, ındum repertis legibus, pro arbitrio ercebant dominationem.	1758.	(*Sorte inter Noachi poſteros* mundus *dividitur.*)
	1787.	(Turris *Babylonica ædificatur.*)
Celebriora autem Regna ſunt iis mane in locis, in quibus aut inſignior fœnditas, aut eximium aliquod præſiım in ſitu adverſus vim vel hoſtium aquarum erat.		
Ægyptiorum regnum celebratur ſub Re *Vexore*, qui ex Ægypto in Pontum ıue tum movit.		
Celtiberorum *quoq; imperium hac ætate bratur.*)		
·ytharum regnum celebratur ſub Re-*Tanao*, qui ex Scythia in Ægyptum artum movit.		
icyoniorum regnum in Peloponneſo, num & antiquiſſimum totius Græciæ.		
Germanorum *etiam Regum initia adba ıora referuntur.*)		

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM.	*ANNI Mundi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppofuere.	*ANNI Mundi.*	RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.
fice auxit. Unde & ab eo nomen accepit.		*Bactrianorum* in Scythia regnum celebre est, celebraturq; Rex eorum *Zoroastres*, prim⁹ *magicæ artis*, ut ferunt, *inventor*.	1949.	Nascitur *Abrahamus*, pater fidelium; cujus familia *seminarium* est & *Ecclesiæ Dei & Reip. Judæorum.*
Quarto SEMIRAMIS, uxor Nini primum *gynæcocratia* sive feminarum imperio initium dedit, & *Æthiopiam* Assyriorum imperio adjecit. Sed & *Indiam* bello quoque feliciter tentavit.	1960.	Justine and diverses Others say, that hir Sonne Ninus resembled her so perfectly both in speech, gesture and disposition of body, that after the death of the king her husband she cloathed hir selfe in the habite of a man and representing the person of her Sonne, held and governed the kingdome for the space of forty yeares, with absolute beleafe generally, that she was her Sonne NINVS, whom she so neere resembled. That in this manner was the [illegible] abused. Arthemius, & Valerius Maximus. Biblius and Publicius. Sebastian Rex Lusitan.		
Quinto NINYAS, Semiramidis & Nini filius, alias *Zameis*, item Amraphel Gen. 14. contentus elaborato à parentibus Imperio, belli studia, deposuit, & in feminarum turba consenuit.	2020.	(*Hoc millenario primo* Gether *&* Mas *filij Aram cum filiis suis* Massagetas *condunt in Asia.* Ganges *Mosi Jarectan in India nominis sedem firmat. Coloni aliquot ex filiis* Gomeri *in Bactrianis eandem quæsiverunt.* Ochus ejus *in Hetruria regnat.* Thiras *filius Japeti, fundata Tyro, Thraces in Europa condidit, cui in Phœnicia filij Canaan successisse dicuntur.* Janus *in Hircaniam Colonias traduxit, quum & in Arabia felice posuerat.* Areas *Arcadiam*: Emathius *Emathiam tenuerunt.* Araxa *cum filio* Scyta *occupat omnem partem occidentalem ab Armenia usq; in Sarmatiam Europæ.*)	2020.	Vocatur jussu Dei ex Ure Chaldæorum, & aliquandiu in Mesopotamia, & terra Canaan peregrinatur, confirmat⁹ promissione divina de possidenda à posteris suis terra Canaan, & in suo semine gentibus benedicendis.
Sequuntur & in Imperio hoc, & idem ignaviæ exemplum *Reges Assyriorum XXXII.* usq; ad Sardanapalum: de quibus cum sola legantur nomina, vel eorum meminisse, nimium foret, sed ne cui deesse videamur:	ab 2039. usque ad 3126.			
(Arius *Assyr. Rex ex Euseb.*)	2037.		2049.	Nascitur Abrahamo ex vetula Sara *Isaacus.*
(Aralius *illi successit Afric.*)	2067.			
(Xerxes *quoque præest Afric. Angelos appellat Baleum.*	2096.	(Auson *classe de Aurunno exceptus est, cui & sedem in Orientali Italia consignavit.* Phaëton *cum filiis ad Malot Tagetem venit & reperit ab oriente omnia ab Ausonibus occupata, ac montana à Gallis & Aboriginibus possessa, planitiem verò à Razenuis Janigenis habitatam:*		

ANNI Mundi.	RES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI Mundi.	RESPVBLICA JUDEORUM ſive RES SACRÆ.
	Occidentalem partem ſibi donatam, cum poſteritate ſua totum Eridanum uſq; in regionem proximam incoluit. Eo etiam tempore Italia *tribus locis arſit multis diebus, circa Iſtros, Cymaos & Veſuvios, unde loca illa* Paleſana *id eſt regio conflagrata dicta ſunt.* Phaëton *relicto filio Lygure in Æthiopiam regreſſus eſt; (Utrum fortaſſis ille ?), fuit tertius Chami filius?)*		
109.	*Archivorum* regnum in Peloponneſo celebratur.	2109.	Naſcitur Iſaaco ex Rebecca, Eſau & *Jacobus*, qui poſtea *Iſraël*. Unde *Iſraëlitæ*; qui nunc *Judæi* vocantur.
130.	*Thebanorum* & *Bæotiorum* regnum ſub		
143.	*Ogyge* celebratur, celebre etiam *diluvio Ogygæo*, quo tota Africa eſt pervaſtata.		
165.			
		2200.	Naſcitur Jacobo ex Rachel *Joſephus*; qui añorum XVII. adoleſcens, à fratribus venditus, adduct⁹ eſt in Ægyptum, & ob ſapientiam bonasque omnes artes quaſi regiam adeptus poteſtatem, floruit ſub illo *Pharaone*, qui *Amoſis* appellatur.
203.			
		2239.	*Jacobus* cum omni familia, fame compulſus, venit in Ægyptum. Numerantur cum eo animæ Ægyptum ingreſſæ LXX.
245.			
277.			
307.			
		2310.	Moritur *Joſephus* in Ægypto.
		2330.	Hinc initium graviſſimæ *Iſraëlitarum ſervitutis*, ſub eo *Pharaone*, qui *Amenophes* appellatur.
335.			
357.		2373.	Naſcitur in Ægypto *Moyſes*, Dux

MONARCHIA PRIMA sive ASSYRIORUM.	ANNI Mundi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppofuere.	ANN Mundi.	RESPUBLICA JUDÆORUM sive RES SACRÆ.
(Sparetus *Euseb. qui Afric. Sparteus.*	2387.	(Æthiopes *ab Indo flumine, consurgentes juxta Ægyptum consederunt.* Phorbas *nepos. Phorta Rhodum occupat, serpentesq; cum draconibus, qui Rhodum infestam habebant, abigit.* Thessalorum *regnum incipit, quod Thessalus filius Pelasgi instituit,* & Hemon *primus administravit.* Romanessus *Romæ fit primùm Aboriginum montanorum sub Regulus.*		populi Israëlitici futurus ex Ægypto, domo servitutis.
	2412.	*Atheniensium* in Græcia regnum incipit sub *Cecrope* primo Rege.		
(Ascades *Eus. qui Afr. Ascadates.*	2429.			
	2240.	Celebre est regnum *Thessalorum* & Rege *Deucalione*, & *diluvio*, quod sub eo Thessaliam omnem aquis immersit.	2453.	*Exitus Israëlitarũ* Moyse duce, ex Ægypto; & *Pharaonis*, qui Cenchres dicitur, prohibere exitum conantis, in mari rubro fœdissima clades. Egressa dicuntur sexcenta millia Israëliticorum virorum annis XX. majorum.
(Amynthas *regno praef. Euseb. & Afric.*	2467.			
	2488.	*Trojanorum* in Asia regnum incipit sub *Dardano*, quem *Erichthonius, Tros, Ilus, Laomedon* excipit, usque ad *Priamum*, sub quo exortum Trojanum bellum decennale, quo urbs capta & deleta est.		
			2494.	Ultimus annus Israëlitarum in deserto, ut & ultimus vitæ *Moysis* atque *Aaronis*. In Moysis locum suffectus est *Josua*, dux populi Israëlitici in terram promissam. *Verum Reip. Judaica initium*
(Belochus II. *Afric.*)	2503.			
	2507.	*Cadmi* ex Phænicia in Bœotiam adventus, *literarum* inter Græcos *primi auctoris*		
	2512.	*Lydi*, duce *Tyrrheno* filio Regis Lydorum, ex Asia migrant in *Italiam*, fame coacti; pulsisq; Umbris, sedem figunt in *Hetruria*, & *Tyrrheno mari* nomen faciunt	2512.	A *Judicibus* regitur populus Israëliticus. *Prima* illa est *imperij forma* in terra sancta.
	2513.	Incipit *Corinthiorum* regnum.		
(Balatores *Afr.*	2528.			
(Lamprides *Afr*	2558.			
(Sosares *Afr.*)	2590.	(Phœnix & Cadmus *ex Ægypto in Syriam profecti apud Sydonem urbem regnum inchoant. Deinde* Cadmus *Thebas condit, ibiq; pariter regnum instituit, & primus literas, & Phœnicia in Græciam attulisse fertur.* Bithynia *à Phœnice exculta, urbesq; ibi condita, aut coloni potius eò missi sunt.* Xuthus *Hellenis filius, Thessalia pulsus Peloponnesum occupat.*		
(Lampraes *Afr.*	2610.			
(Pantas *Afr.*)	2640.			

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM.	ANNI Mundi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI Mundi.	RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.
		Tantalus *Ganymedem rapit, unde bellum Trojæ diuturnum.*		
(Soſarmus *Afr.*	2675.			
(Mytheros *Afr.*	2713.	(*Hisce temporibus* Achæus *Xuthi filius in Peloponneſo eam partem incoluit, quæ ab ipſo Achaja appellata eſt.* Pelops, *unde Peloponneſo nomen extitit, Hippodamia potitur, in honorem Jovis Olympij Olympicos ludos instituit, quos Atreus & Hercules inſtaurarunt.* Aborigines *auxiliis Pelasgorum Siculos vicinos ſedibus pellunt, qui in Sicaniam tandem tranſcientes, inſulam illam Siciliam de ſe vocarunt.* Evander, *colonos in Latium deduxit.* Androgeos *Minois in Creta filius Athenis ludi temporibus interficitur; Unde atrociſſimum bellum quo victi Athenienſes & Cretenſes victoriam crudeliter exercuerunt.*		
(Teutamus *Afr.*)	2734.	*Theſeus* regnat *Athenis*, & multos in agris vagantes colligit in civitatem.		
	2740.			
			2755.	Anni jam ccc. ſunt, ex quo Iſraëlitæ imperant in terra Canaan aut ſancta. Sed cum hactenus expulſorum vicinorumq; Regum bellis vexarentur, colligit ex hoc temporis ſpatio *Jephtha*, per præſcriptionem temporis & jus belli Iſraëlitas terram Canaan poſſidere. *Judic. XI,26.*
	2756.	Incipit *Latinorum* in Italia regnum.		
(Teutæus *qui Priamo auxilio miſerat Diodor. Sic.*	2769.			
	2779.	Incipit decennale *bellum Trojanum.* Troja urbs Phrygiæ eſt, in minore Aſia. *Priamo* ejus Rege occiſo, & *Ænea.* qui ſtirpis erat regiæ, in Italiam profecto, creduntur *prima* jacta *fundamenta magnitudinis Romanæ.*		
(Arabelus.	2793.	(Hypſipile *ex quo mulieribus in Lemno perſuaſerat, ut maritos trucidarent, regnum ipſa arripit.* Argonautarum *expeditio in hæc tempora incidit.* Hercules *agonem Olympicum instituiſſe dicitur, & in vivis eſſe deſiit.*		
(Chalaos	2827.			
Anabos *Afric.*	2851.			
Babius.	2872.			
			2881.	Circa hæc tempora *Iſraëlitæ* Judicum pertæſi, petierunt ſibi *Regem* imponi. Primus autem *Saulus* creatus eſt.
			2888.	(*Samuel obit.*
			2890.	(*Bellum civile inter poſteros Saulis & Davidis.*
	2893.	Cum *Codro*, ultimo *Athenienſium* Rege, deſinit inter eos ſtatus regius, & *Archontes* aut Prætores inſtituuntur.		
			2896.	(*David Rex Hieroſolymam expugnat.*
Thinæus *Afr.*	2899.	(Amazones *hoc ſeculo Epheſinum templum aut incenderunt aut ædificarunt, Autores enim variant. Pelluntur ab iisdem* Jones		
			2929.	*Salomon Rex coronatur.*
Dercylus *Afr.*	2923.			

Eupac- *etiam* *Salomo*

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM.

2945. (Eupacmes *Afr.*

2975. (Laosthenes.

2993. (Puritiades *Afric.*

3007. (Ophrataeus *Afr.*

3028. (Ephacheres *Afr*

3050. (Acracarnes *Afr*

3057. (Tonosconcole ross. Sardanapal⁹ *de quo mox ipse autor*

3126. SARDANAPALUS, Rex Assyriorum, incipit regnare, adeo ob ignaviam despectus & exosus, ut à duobus praefectis aut satrapis, *Arbace* Mediae, *Beleso* aut *Phul Belocho* Babyloniae vita & imperio exueretur, hique inter se imperium Assyriorum partirentur.

3148. *Medorum*, sub quibus & Persae, Rex factus est *Arbaces*; *Babyloniorum* autem *Belesus*. Babyloniorum regnum *Assyriorum* dein vocant sacrae literae. Nam Regnum Medorum seditionibus agitatum, in multas tandem lacinias discerptum est, quarum magnam partem Assyrij oc-

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quae ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

etiam Achaja, & Athenis recipiuntur; quemadmodum & Achai ab iis Laconica pulsi Corinthum concesserunt. Theras *Authesionis filius in Callisten Insulam coloniam ducit quae Thera dicta est. Jonica quoque Migratio, quâ urbes constitutae Miletus, Ephesus & reliquae. Denique &* Patros *Colonia circa haec tempora ex Achaja aucta est, quae à Patreo duce nomen habuit.*

2991. *Æthiopum* potentissimum regnum celebratur; quorum Rex *Serach* contra Asam Regem Judae eduxit exercitum millies millenorū hominum.

3084. *Lacedaemoniorum* Respub. accipit à *Lycurgo* leges, & ingentibus incrementis efflorescit.

3159. Incipit regnum *Macedonicum* sub *Carano* Rege. In eo numerantur Reges XXXII. usque ad Philippum, patrem magni Alexandri.

Circa haec tempora *Corinthij* Automenem Regem expellunt, & eligi coeperunt *annui Reges*, quos illi *Prytanes* vocabant.

3190. Circa haec tempora *Ephori* apud *Lacedaemonios* sunt instituti.

RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.

2934. *Salomo* Rex templum Deo condit Hierosolymis,

2939. (*Encania templi celebrata.*

2966. (*Salomon fama Hierosolymis excellit.*

2971. Ob idololatriam Salomonis, eum post excessum punit Deus *secessione tribuum*, & distractione regni hactenus conjuncti in *regnum Juda* & *Israëlis*.

3020. *Amri* vel Homri, Rex Israëlis, condit *Samariam*, & ibi regiam figit sibi ac successorib⁹. Hinc Regnum Israëlis frequenter dicitur *regnum Samariae*.

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM.	*Anni Mundi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*Anni Mundi.*	RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.
cuparunt. Quin & ipsi Medi Herodoto teste se in libertatē vindicarunt. Itaque horum Reges inter Assyrios monarchas deinceps numerabimus.				
BELESUS sive *Phul Belochus* Rex Assyriorum bellum infert *Menahemo* Regi Israëlis. Sed cum hic ingentem pecuniæ vim penderet, & se tributarium faceret Assyriis, sedatum est bellum.	3196.	*Initium* hoc est *Olympiadum*, quibus tempora rerum á se gestarum certius deinceps designant Græci.		
PHUL ASSUR regnat rex Assyriorum.	3197.	(Iphitus, *post Pelopen, Atreum & Herculem Olympicum certamen instauravit, & in honorem Herculis egit, atq; ut singulis quadriennijs exactis repeteretur, instituit.* Aradus *parva insula in Phœnicia propè Sidonem excoli & habitari cœpit.*		
SALMANASSAR, aliis *Nabonassar*, regnat, & finem facit regno Israëlis, sive Samariæ, captivis in Assyriam abductis decem tribubus, & ad inhabitandā Samariam coloniis Assyriorū submissis.	3220.	*Roma* conditur à *Romulo*. Hanc à principio Reges habuere. Eodem fere tempore *Archontes Athenensium*, hacten⁹ perpetui, decennio exacto, imperium deponere jubentur.	3220.	*Regnum Israëliticum* sive Samariæ, ab Assyriis funditus *evertitur*, X. tribubus abductis, nunquam rediturris.
	3229.	*Bellum* gravissimum *Messenium* inter *Messenios & Lacedæmonios* geritur, populos Peloponnesi, ob Lacedæmoniorum virgines à Messeniis raptas & violatas.		
SENACHERIB, alias *Sanherib*, regnat. Hic Hierosolymam, sed frustra & infeliciter, obsidet, regnāte in Juda *Hiskia* Rege.	3235.	In tempora belli Messeniaci primi incidit exordium *Syracusarum*, conditore *Archyta Corinthio*.		
ASSARHADDON regnat, & ab eo *Merodachus* Babyloniæ præfectus deficit, eum vincit, Assyriorum	3242.			

RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ	ANNI Mundi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Mundi.	MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM
regnum invadit & destructa *Ninive Babylonem* in Chaldæa transfert regni sedem.				
MERODACH regnat, vi Imperio potit[9]. Sedem habet in *Babylone*.	3250.			
BENMERODACH, sive *filius Merodachi*, regnat.	3278.			
NABUCHODONOSOR I. regnat. *Ægyptios* bello tentat.	3299.	(*Hoc sæculo* Cheninenses *primùm Romanis bellum moventes vincuntur; Romulus urbem eorum exscindens cives Romam traducit, Idem victis paulò post* Antemnatibus *fecit. Verùm & Sabini bellum omnium inferebant difficillimum, paciscuntur tamen & cum Rege suo in urbem & societatem recepti sunt. Græcorum primi* Chalcidenses *ex Eubœa coloniam deducunt in Siciliam &* Naxum *urbem condunt.*)		
	3313.	*Initium Democratiæ Atheniensium.* Novem *Archontes annui* creati. Horum unus per excellentiam *Archon*, alter *Rex*, tertius *Polemarchus*, reliqui sex *Thesmothetæ* dicebantur.		
NABUCHODONOSOR II. vulgo *Magnus*, regnat. Nemo priorum aut sequentium Principum latius imperavit.	3347.	Sub initium imperij Nabuchodonosoris *Draco* leges præscribit *Atheniensibus*, & omnibus delictis capitalia supplicia indicit. Sub finem imperij ejusdem Nabuchodonosoris, *Solon*, unus ex septem sapientibus, corrigit severissimas Draconis leges, & pœnas constituit mitiores; multasque adjicit novas leges. Circa hæc tempora *Ægyptij* adspirant ad monarchiam, sub *Pharaone*, qui *Necho* appellatur: sed à Nabuchodonosore Magno ita domantur, ut contra Assyrios nihil deinde tentaverint. Multo felicius *Medi. Cyaxares* enim eorum Rex Asiam omnem, usq; ad Halyn fluvium, sibi subjicit. Reliquit filium & successorem *Astyagen*, qui uxorem habuit sororem Crœsi di-		*Hierosolyma*, sedes regni Judææ, *capitur ab Assyriis*, templum Salomonis incenditur, & *captiva abducitur tribus Juda*, ac per annos LXX. manet in miserrima captivitate. Neq; præter illam miserrimam faciem quidquam occurrit de Judæis dicendum, donec ad tempora Cyri, cujus imperij anno primo; restituti sunt, perventum fuerit.

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM	ANNI Mundi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Mundi.	RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.
Evilmerodachus, filius Nabuchodonosoris Magni, regnat, & satis clementer *Judæos* captivos habet.	3390.	tissimi Lydorum Regis. Mox tamen ille â *Crœso* eodem victus, & dein â nepote suo *Cyro* captus est.		
	3413.	Ita *Cyrus* imperium in *Media* atque in *Persia* auspicatur, atq; ita regnat annos plures, priusquam caperet Babylonem, & fine Assyriorum imperio imposito, secundam monarchiam Persicam ordiretur.		
	3414.	*Pisistratus* astu *tyrannidem* occupat, & libertatem evertit *Athenis*; sed inde ejicitur. Iterum tamen redit & invadit dominationem, eamq; tradit filiis suis, *Hipparcho* & *Hippiæ* qui *Pisistratidæ* auctoribus Græcis dicuntur. His mox expulsis, redit *Atheniensibus* prior *libertas*. Sub *Amasi* in *Ægypto*, & *Zaleuco* inter *Locrenses*, imperium legibus instituitur & confirmatur.		
Baltassar, nepos Nabuchodonosoris Magni, regnat. Is ad vesaniam usq; impiꝰ & ambitiosus, eadem nocte, dum convivium celebrat, primo justo Dei judicio in pariete descripto damnatꝰ â duobꝰ Satrapis *Gobrya* & *Gadatha*, interfectꝰ est.	3418.	Regnante Baltassare *Crœsus* elatus, victo Astyage, *Cyro* bellum movet: sed ab eo captus, finem regni sui miser vidit. Ita Lydorum quoq; ditissimo regno Cyro aucto, nullus erat, cui facilius foret monarchiam Assyriorum funditus evertere, & novam inchoare.		
Darius Medꝰ occiso Baltassare, per tumultum, ut videtur, occupat regnum, aut â multitudine Rex salutatur. Tandem â Cyro, capta Babylone, imperio exuitur. Atq; hic est Primæ Monarchiæ Finis.	3435.			

MONARCHIA SECUNDA,

SIVE

PERSARUM;

UNA CUM

REBUS ILLUSTRIORUM GENTIUM,

&

CHRONICO RERUM JUDAICARUM

à reditu ex captivitate Babylonica

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM | **ANNI Mundi.**

Primo NIMRODVS 1788. sive Saturnus, ut Funccio placet, filius Chus qui Æthiopiam obtinuit neposChami, No ichi pro nepos primus ab aliis occupata vi invasit. Nam, ut loquitur, Moyses *cap. 10. Gen* cepit potens esse in terra, potens venator coram Jehova. Erat autem principium regni ejus *Babel* in terra Schinharis, i. e. Chaldææ. E terra hac processit in Assyriam, ubi *Nini ven* ædificavit.

Secundo BELUS 1843. sive Jupiter occidentem versus extendit Imperium, usq; in *Sarmatiam Europæam*. Primus omnium Regum inter Deos recept & cultus traditur.

Tertio NINUS, 1908. præter ampliatos admodum limites Imperij, urbem *Ninivem* mirifice

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, carum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppoſuere.

Sparsis gentibus, & inter primæ monarchiæ exordia, desinunt *Imperia* illa *summa paterna*, quæ jus naturalis pietatis; & incipiunt *politica*, quæ jus civilis societatis ac dominationis constituunt. Et Rectores rerum non Patres, sed Reges, & in quæ exerunt imperium non familiæ, sed *regna* appellantur. Horum enim temporum Imperia omnia sunt regia, & Reges, nondum repertis legibus, pro arbitrio exercebant dominationem.

Celebriora autem Regna sunt iis maxime in locis, in quibus aut insignior fœcunditas, aut eximium aliquod præsidium in situ adversus vim vel hostium vel aquarum erat.

Ægyptiorum regnum celebratur sub Rege *Vexore*, qui ex Ægypto in Pontum usque tum movit.

(Celtiberorum *quoq; imperium hac ætate celebratur.*)

Scytharum regnum celebratur sub Rege *Tanao*, qui ex Scythia in Ægyptum arma tum movit.

Sicyoniorum regnum in Peloponneso, primum & antiquissimum totius Græciæ.

(Germanorum *etiam Regum initia adhuc tempora referuntur.*)

ANNI Mundi. | RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.

1657. (Noha *offert Deo & plantat vineam.*)

1658. (Arphachsad *nascitur.*)

1693. (Salah *nascitur.*)

1723. (Eber *nascitur, à quo Ebræi nomen habuerunt.*)

1757. (Peleg *nascitur.*)

1758. (*Sorte inter Noachi posteros* mundus *dividitur.*)

1787. (Turris *Babylonica ædificatur.*)

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM.	ANNI Mundi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppofuere.	ANNI Mundi.	RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.
fice auxit. Unde & ab eo nomen accepit.		*Bactrianorum* in Scythia regnum celebre est, celebraturq; Rex eorum *Zoroastres*, prim⁹ *magicæ artis*, ut ferunt, *inventor*.	1949.	Nascitur *Abrahamus*, pater fidelium; cujus familia *seminarium* est & *Ecclesiæ Dei & Resp Judæorum*.
Quarto SEMIRAMIS, uxor Nini primum *gynæcocratia* sive feminarum imperio initium dedit, & *Æthiopiam* Assyriorum imperio adjecit. Sed & *Indiam* bello quoque feliciter tentavit.	1960.	Justine and diverse Others say, that hir Sonne Ninus resembled her so perfectly both in speech, gesture and disposition of body that after the death of the king her husband she cladde hir selfe in the habite of a man and representing the person of her Sonne, held and governed the kingdome for the space of forty yeares, with absolute beleefe generally, that she was her Sonne NINVS, whom she so neere resembled. that in this manner was the deal abused. Arthemius, & Valer Maximus. Biblius and Pathisiy. Sebastian Rex Lusitan.		
Quinto NINYAS, Semiramidis & Nini filius, alias *Zameus*, item Amraphel Gen. 14. contentus elaborato à parentibus Imperio, belli studia, deposuit, & in feminarum turba consenuit.	2020.	(*Hoc millenario primo* Gether & Mas *filij Aram cum filiis suis* Massagetas *condunt in Asia*. Ganges *Mosi Jarcetan in India nominis eadem firmat. Coloni aliquot ex filiis* Gomeri *in Bactrianis eandem quæsiverunt*. Ochus vejus *in Hetruria regnat*. Thiras *filius Japeti, fundata Tyro, Thraces in Europa condidit, cui in Phœnicia filij Canaan successisse dicuntur*. Ianus *in Hircaniam Colonias traduxit, quum & in Arabia felice posuerat*. Areas *Arcadiam*: Emathius *Emathiam tenuerunt*. Araxa *cum filio* Scyta *occupat omnem partem occidentalem ab Armenia usq; in Sarmatiam Europa*.)	2020.	Vocatur jussu Dei ex Ure Chaldæorum, & aliquandiu in Mesopotamia, & terra Canaan peregrinatur, confirmat⁹ promissione divina de possidenda à posteris suis terra Canaan, & in suo semine gentibus benedicendis.
Sequuntur & in Imperio hoc, & idem ignaviæ exemplum *Reges Assyriorum XXXII*. usq; ad Sardanapalum: de quibus cum sola legantur nomina, vel eorum meminisse, nimium foret, sed ne cui deesse videamur:	ab 2039. usque ad 3126.			
(Arius *Assyr. Rex ex Euseb.*)	2037.		2049.	Nascitur Abrahamo ex vetula Sara *Isaacus*.
(Aralius *illi succedit Afric.*)	2067.			
(Xerxes *quoque præest Afric. Angelos appellat Baleum*.	2096.	(Auson *classe de Aaruno exceptus est, cui & sedem in Orientali Italia consignavit*. Phaëton *cum filiis ad Malot Tagetem venit & reperit ab oriente omnia ab Ausonibus occupata, ac montana à Gallis & Aboriginibus possessa, planitiem verò à Razenuis Janigenis habitatam*:		

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM	*ANNI Mundi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppofuere.	*ANNI Mundi.*	RESPUBLICA JUDEORUM *sive* RES SACRÆ.
		Occidentalem partem sibi donatam, cum posteritate sua totum Eridanum usq. in regionem proximam incoluit. Eo etiam tempore Italia *tribus locis arsit multis diebus, circa Istros, Cymaos & Vesuvios, unde loca illa* Palesana *id est regio conflagrata dicta sunt.* Phaëton *relicto filio Lygure in Æthiopiam regressus est; Utrum fortassis ille Phut tertius Chami filius?)*		
	2109.	*Archivorum* regnum in Peloponneso celebratur.	2109.	Nascitur Isaaco ex Rebecca, Esau & *Jacobus*, qui postea *Israël*. Unde *Israëlitæ*; qui nunc *Judæi* vocantur.
	2130.	*Thebanorum* & *Bœotiorum* regnum sub *Ogyge* celebratur, celebre etiam *diluvio Ogygeo*, quo tota Africa est pervastata.		
(Armamithes *ixta Afric. Armaietres ap. Euf.*)	2143.			
(Beloch⁹ *regnum aministrat.*	2165.			
			2200.	Nascitur Jacobo ex Rachel *Josephus*; qui añorum XVII. adolescens, à fratribus venditus, adduct⁹ est in Ægyptum, & ob sapientiam bonasque omnes artes quasi regiam adeptus potestatem, floruit sub illo *Pharaone*, qui *Amosis* appellatur.
(Balæus *regnat. frican.*	2203.			
			2239.	*Jacobus* cum omni familia, fame compulsus, venit in Ægyptum. Numerantur cum eo animæ Ægyptum ingressæ LXX.
(Altadas *Euseb. ii Calvisio Sethus.*	2245.			
(Manithus *Euseb ii Calvis. Mamythus.*	2277.			
(Mancaleus *Eus ii Calvis. Aschalius*	2307.			
			2310.	Moritur *Josephus* in Ægypto.
			2330.	Hinc *initium* gravissimæ *Israëlitarum servitutis*, sub eo *Pharaone*, qui *Amenophes* appellatur.
(Iphereus *Euseb ii Calvis. Spherus.*	2335.			
(Mamylus *regnat iseb.*)	2357.		2373.	Nascitur in Ægypto *Moyses*, Dux

Spare- Æthio- populi

MONARCHIA PRIMA *ſive* ASSYRIORVM.	*Anni Mundi.*	RES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maximè quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	*Ann Mundi.*	RESPVBLICA JUDÆORUM *ſive* RES SACRÆ.
(Sparetus *Euſeb. qui Afric. Sparteus.*	2387.	(Æthiopes *ab Indo flumine, conſurgentes juxta Ægyptum conſederunt.* Phortas *nepo. Phorta Rhodum occupat, ſerpentesq; cum dracontibus, qui Rhodum infeſtam habebant, abigit.* Theſſalorum *regnum incipit, quod Theſſalus filius Pelasgi inſtituit, & Hemon primus adminiſtravit.* Romaneſſus *Roma fit primùm Aboriginum montanorum ſub Regulus.*		populi Iſraëlitici futurus ex Ægypto, domo ſervitutis.
	2412.			
(Aſcades *Euſ. qui Afr. Aſcadates.*	2429.	*Athenienſium* in Græcia regnum incipit ſub *Cecrope* primo Rege.		
	2240.	Celebre eſt regnum *Theſſalorum* & Rege *Deucalione*, & *diluvio*, quod ſub eo Theſſaliam omnem aquis immerſit.	2453.	*Exitus Iſraëlitarũ* Moyſe duce, ex Ægypto; & *Pharaonis*, qui *Cenchres* dicitur, prohibere exitum conantis, in mari rubro fœdiſſima clades. Egreſſa dicuntur ſexcenta millia Iſraëliticorum virorum annis XX. majorum.
(Amynthas *regno præſ. Euſeb. & Afric.*	2467.			
	2488.	*Trojanorum* in Aſia regnum incipit ſub *Dardano*, quem *Erichthonius, Tros, Ilus, Laomedon* excipit, usque ad *Priamum*, ſub quo exortum Trojanum bellum decennale, quo urbs capta & deleta eſt.		
			2494.	Ultimus annus Iſraëlitarum in deſerto, ut & ultimus vitæ *Moyſis* atque *Aaronis*. In Moyſis locum ſuffectus eſt *Joſua*, dux populi Iſraëlitici in terram promiſſam. *Verum Reip. Judaicæ initium*
(Belochus II. *Afric.*)	2503.			
	2507.	*Cadmi* ex Phœnicia in Bœotiam adventus, *literarum* inter Græcos *primi auctoris*		
	2512.	*Lydi*, duce *Tyrrheno* filio Regis Lydorum, ex Aſia migrant in *Italiam*, fame coacti; pulſisq; Umbris, ſedem figunt in *Hetruria*, & *Tyrrheno mari* nomen faciunt	2512.	A *Judicibus* regitur populus Iſraëliticus. *Prima* illa eſt *imperij forma* in terra ſancta.
	2513.	Incipit *Corinthiorum* regnum.		
(Balatores *Afr.*	2528.			
(Lamprides *Afr*	2558.			
(Soſares *Afr.*)	2590.	(Phœnix & Cadmus *ex Ægypto in Syriam profecti apud Sydonem urbem regnum inibant, Deinde*Cadmus *Thebas condit, ibiq; pariter regnum inſtituit, & primus literas, & Phœnicia in Græciam attuliſſe fertur.* Bithynia *à Phœnice exculta, urbesq; ibi condita, aut coloni potius eò miſſi ſunt.* Xuthus *Hellenis filius, Theſſalia pulſus Peloponneſum occupat.*		
(Lampraes *Afr.*	2610.			
(Pantas *Afr.*)	2640.			

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM.

(Eupacmes *Afr.* — 2945.

(Laosthenes. — 2975.

2991.

(Puritiades *Afric.* — 2993.

(Ophratæus *Afr.* — 3007.

(Ephacheres *Afr.* — 3028.

(Acracarnes *Afr.* — 3050.

(Tonosconcole rosi. Sardanapal⁹ *de quo mox ipse autor* — 3057.

3084.

SARDANAPALUS, Rex Assyriorum incipit regnare, adeo ob ignaviam despectus & exosus, ut à duobus præfectis aut satrapis, *Arbace* Mediæ, *Beleso* aut *Phul Belocho* Babyloniæ vira & imperio exueretur, hique inter se imperium Assyriorum partirentur. — 3126.

3148. *Medorum*, sub quibus & Persæ, Rex factus est *Arbaces*; *Babyloniorum* autem *Belesus*. Babyloniorum regnum *Assyriorum* dein vocant sacræ literæ. Nam Regnum Medorum seditionibus agitatum, in multas tandem lacinias discerptum est, quarum magnam partem Assyrij occupa-

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

etiam Achaja, & Athenis recipiuntur; quemadmodum & Achai ab iis Laconica pulsi Corinthum concesserunt. Theras *Authesionis filius in Callisten Insulam coloniam ducit quæ Thera dicta est. Jonica quoq; Migratio, quâ urbes constitutæ Miletus, Ephesus & reliquæ. Deniq; &* Patros *Colonia circa hæc tempora ex Achaja ducta est, quæ à Patreo duce nomen habuit.*

2991. *Æthiopum* potentissimum regnum celebratur; quorum Rex *Serach* contra Asam Regem Judæ eduxit exercitum millies millenorũ hominum.

3084. *Lacedæmoniorum* Respub. accipit à *Lycurgo* leges, & ingentibus incrementis effloreſcit.

3159. Incipit regnum *Macedonicum* sub *Carano* Rege. In eo numerantur Reges XXXII. usq; ad Philippum, patrem magni Alexandri.

Circa hæc tempora *Corinthij* Automenem Regem expellunt, & eligi cœperunt *annui Reges*, quos illi *Prytanes* vocabant.

3190. Circa hæc tempora *Ephori* apud *Lacedæmonios* sunt instituti.

RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.

2934. *Salomo* Rex templum Deo condit Hierosolymis,

2939. (*Encænia templi celebrata.*

2966. (*Salomon fama Hierosolymis extulit.*

2971. Ob idololatriam Salomonis, eum post excessum punit DEUS *secessione tribuum*, & distractione regni hactenus conjuncti in *regnum Judæ & Israëlis.*

3020. *Amri* vel Homri, Rex Israëlis, condit *Samariam*, & ibi regiam figit sibi ac successorib⁹. Hinc Regnum Israëlis frequenter dicitur *regnum Samariæ.*

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM.	*Anni Mundi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*Anni Mundi.*	RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.
cuparunt. Quin & ipsi Medi Herodoto teste se in libertatē vindicarunt. Itaque horum Reges inter Assyrios monarchas deinceps numerabimus.				
BELESUS sive *Phul Belochus* Rex Assyriorum bellum infert *Menahemo* Regi Israëlis. Sed cum hic ingentem pecuniæ vim penderet, & se tributarium faceret Assyriis, sedatum est bellum.	3196.	*Initium* hoc est *Olympiadum*, quibus tempora rerum à se gestarum certius deinceps designant Græci.		
PHUL ASSUR regnat rex Assyriorum.	3197.	(Iphitus, *post Pelopen, Atreum & Herculem Olympicum certamen instauravit, & in honorem Herculis egit, atq; ut singulis quadriennii exactis repeteretur, instituit.* Aradus *parva insula in Phœnicia propè Sidonem excoli & habitari cæpit.*		
SALMANASSAR, aliis *Nabonassar*, regnat, & finem facit regno Israëlis, sive Samariæ, captivis in Assyriam abductis decem tribubus, & ad inhabitandā Samariam coloniis Assyriorū submissis.	3220.	*Roma* conditur à *Romulo*. Hanc à principio Reges habuere. Eodem fere tempore *Archontes Athenienfium*, hacten⁹ perpetui, decennio exacto, imperium deponere jubentur.	3220.	¶ *Regnum Israëliticum* sive Samariæ, ab Assyriis funditus *evertitur*, X. tribubus abductis, nunquam redituris.
	3229.	*Bellum* gravissimum *Messenium* inter *Messenios* & *Lacedemonios* geritur, populos Peloponnesi, ob Lacedæmoniorum virgines à Messeniis raptas & violatas.		
SENACHERIB, alias *Sanherib*, regnat. Hic Hierosolymam, sed frustra & infeliciter, obsidet, regnāte in Juda *Hiskia* Rege.	3235.	In tempora belli Messeniaci primi incidit exordium *Syracusarum*, conditore *Archyta Corinthio*.		
ASSARHADDON regnat, & ab eo *Merodachus* Babyloniæ præfectus deficit, eum vincit, Assyriorum	3242.			

regnum *Initium*

RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ	ANNI *Mundi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppofuere.	ANNI *Mundi.*	MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM
regnum invadit. & destructa *Niniv.* *Babylonem* in Chaldæa transfert regni sedem.				
MERODACH regnat, vl Imperio potit[9]. Sedem habet in *Babylone.*	3250.			
BENMERODACH, sive *filius Merodachi*, regnat.	3278.			
NABUCHODONOSOR I. regnat. *Ægyptios* bello tentat.	3299.	(*Hoc sæculo* Cheninenses *primùm Romanis bellum moventes vincuntur; Romulus urbem eorum exscindens cives Romam traducit. Idem victis paulò post* Antemnatibus *fecit. Verùm & Sabini bellum omnium inferebant difficillimum, paciscuntur tamen & cum Rege suo in urbem & societatem recepti sunt. Græcorum primi* Chalcidenses *ex Eubœa coloniam deducunt in Siciliam &* Naxum *urbem condunt.*)		
	3313.	*Initium Democratiæ Atheniensium.* Novem *Archontes annui* creati. Horum unus per excellentiam *Archon*, alter *Rex*, tertius *Polemarchus*, reliqui sex *Thesmothetæ* dicebantur.		
NABUCHODONOSOR II. vulgo *Magnus*, regnat. Nemo priorum aut sequentium Principum latius imperavit.	3347.	Sub initium imperij Nabuchodonosoris *Draco* leges præscribit *Atheniensibus*, & omnibus delictis capitalia supplicia indicit. Sub finem imperij ejusdem Nabuchodonosoris, *Solon*, unus ex septem sapientibus, corrigit severissimas Draconis leges, & pœnas constituit mitiores; multasque adjicit novas leges. Circa hæc tempora *Ægyptij* adspirant ad monarchiam, sub *Pharaone*, qui *Necho* appellatur: sed à Nabuchodonosore Magno ita domantur, ut contra Assyrios nihil deinde tentaverint. Multo felicius *Medi. Cyaxares* enim eorum Rex Asiam omnem, usq; ad Halyn fluvium, sibi subjicit. Reliquit filium & successorem *Astyagen*, qui uxorem habuit sororem Crœsi di-		*Hierosolyma*, sedes regni Judææ, *capitur ab Assyriis*, templum Salomonis incenditur, & *captiva abducitur tribus Juda*, ac per annos LXX. manet in miserrima captivitate. Neq; præter illam miserrimam faciem quidquam occurrit de Judæis dicendum, donec ad tempora Cyri, cujus imperij anno primo restituti sunt, perventum fuerit.

MONARCHIA PRIMA *sive* ASSYRIORUM	*Anni Mundi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*Anni Mundi.*	RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.
EVILMERODACHUS, filius Nabuchodonosoris Magni, regnat, & satis clementer *Judaeos* captivos habet.	3390.	tissimi Lydorum Regis. Mox tamen ille â *Craeso* eodem victus, & dein â nepote suo *Cyro* captus est.		
	3413.	Ita *Cyrus* imperium in *Media* atque in *Persia* auspicatur, atq; ita regnat annos plures, priusquam caperet Babylonem, & fine Assyriorum imperio imposito, secundam monarchiam Persicam ordiretur.		
	3414.	*Pisistratus* astu *tyrannidem* occupat, & libertatem evertit *Athenis*; sed inde ejicitur. Iterum tamen redit & invadit dominationem, eamq; tradit filiis suis, *Hipparcho* & *Hippia* qui *Pisistratidæ* auctoribus Græcis dicuntur. His mox expulsis, redit *Atheniensibus* prior *libertas*.		
		Sub *Amasi* in *Ægypto*, & *Zaleuco* inter *Locrenses*, imperium legibus instituitur & confirmatur.		
BALTASSAR, nepos Nabuchodonosoris Magni, regnat. Is ad vesaniam usq; impius & ambitiosus, eadem nocte, dum convivium celebrat, primo justo DEI judicio in pariete descripto damnatus â duobus Satrapis *Gobrya* & *Gadatha*, interfectus est.	3418.	Regnante Baltassare *Crœsus* elatus, victo Astyage, *Cyro* bellum movet: sed ab eo captus, finem regni sui miser vidit. Ita Lydorum quoq; ditissimo regno Cyro aucto, nullus erat, cui facilius foret monarchiam Assyriorum funditus evertere, & novam inchoare.		
DARIUS Medus occiso Baltassare, per tumultum, ut videtur, occupat regnum, aut â multitudine Rex salutatur. Tandem â Cyro, capta Babylone, imperio exuitur. Atq; hic est PRIMÆ MONARCHIÆ FINIS.	3435.			

MONAR-

MONARCHIA SECUNDA,

sive

PERSARUM;

una cum

REBUS ILLUSTRIORUM GENTIUM,

&

CHRONICO RERUM JUDAICARUM

â reditu ex captivitate Babylonica

MONARCHIA SECUNDA *sive* PERSARUM.	ANNI Mundi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Mundi.	RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.
CYRUS, in Sacris Cores, Persarum, Medorum, Lydorumq; Rex, tantis auctus Imperiis, (quicquid enim terrarum interIndiam&Nilum inter Oceanum & mare Caspium fuit, sibi subjecit) & majora concupiscens, Gobriæ & Gadathæ, qui Baltassarem interfecerant, ductu usus, victo DarioMedo, occupat *Babylonem*, & monarchiam Persicam orditur. Sed mox dum *Massagetas*, Scythiæ populos, aggreditur, à *Tomyri* regina captus & interfectꝰ perhibetur.	3435.	*Romani Reges* cum finitimis bella feliciter gerunt, victisq; in Urbem translatis, victorisq; populi coloniis, totidem arcibus dominationis, in victarum gentium sedes missis, domandæ Italiæ, & *futuri amplissimi imperij* egregia hactenus jaciunt *fundamenta*. (Amasis *Ægypti regionem viginti quinq; millibus urbium exornat.*	3435. 342.	Judæis à Cyro potestas facta est redeundi in patriam, & templum Hierosolymis instaurandi. Hic *finis* est *Babylonicæ captivitatis.* (*Danielis visio cap. 10. 11, 12.* Tum quoq; inter Judæos ea instituta est Imperij forma, ut summa potestas civilis esset penes *Præsidem* à Persico monarcha constitutum; Ecclesiastica autem sive curatio sacrorum penes *Pontificē* Judæum.
CAMBYSES Patri Cyro succedit, *Ægyptum* bello vincit, & Persico adjicit Imperio.	3443.	*Polycrates*, *Samiorum* tyrannus felicissimus, regnat; *Orætes* autem Persa Polycratem per insidias ad se evocatum capit & cruci affigit. *Samij* qui Polycratem oppugnarant, cum in Patriam non esset reditus in Italiam navigant, & *Dicæarchiam* urbem, quæ & Delus & Puteoli vocata est, condunt. *Orætes* iterum Dario pœnas dedit, & trucidatus est.		Judæis initium imperij Cambysis grave est. In templo instaurando pergere prohibentur.
Anno regni sui tertio, repudiata *Vasthi* uxore, Edessam sive *Estheram* duxit, neptem Mardochæi Judæi. Is Cambyses fratrem *Smerdim* & sororem interfecit. Hac occasione usꝰ *magus*, cum sine liberis decessisset Cambyses, mentitꝰ Smerdis, fratris Regis, personam, Imperium invasit,	3446.			Finis ejusdem imperij blandior Judæis luxit, caussam eorum tuente *Esthere*.

sed *Romani* Judæi

MONARCHIA SECUNDA. *sive* PERSARUM.

sed, cognita fraude, mox obtruncatus est.

3451. DARIUS HYSTAPIS F. extincta Cyri familia mascula, â principibus Persarum viris electus regnat. Primo in *Babylonios*, dein in *Scythas*. mox in *Jonios* proficiscitur. Jonibus auxilium ferunt *Athenienses*. Hinc occasio celebratissimæ expeditionis contra Athenienses; sed quæ immensis Darij copiis exitio fuit.

XERXES, ex Atossa Cyri filia, Dario patri & in imperio, & susceptâ devictis Ægyptiis contra Athenienses & communem Græciam expeditione, & ejusdem sortis adversæ exemplo succedit. *Pugna* terrestri *ad Thermopylas* contra Lacedæmonios, & duplice navali, altera *ad Artemisium*, altera omnium gravissima *ad Salaminem*, omnibus copiis exuitur. Sic ipsius & simul Persici imperij majestas magnis passibus defecit.

3508. ARTAXERXES,

Anni Mundi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

Romani ejecto ob tyrannidem *Tarquinio Superbo*, jurant, se neminem Romæ in posterum passuros regnare. Id *Regifugium* appellatur. Tum *consulatum* instituere, ac Libertatem. Hinc Romana illa Consulum celebris æra. Hâc occasione *bella* proxima gesta sunt *pro libertate* advers⁹ Tarquinios, eosvè, quorum ope juvabantur.

3474. Iidem adversus hostes, gerendæ rei, sedendæq; seditionis caussâ, instituunt *Dictaturam* potestatem summam uni tributam, sed semestri spatio definitam. Haud multo post *Tribuni plebis*, frenandæ Consulum & Patrum auctoritatis gratia, sunt instituti.

3480. *Athenienses* metuentes sibi â Persarum dominatione, proximis gentib⁹

3487. contra eos auxilium ferunt: Persas, ea ratione irritatos & Atticâ ingressos, duce *Miltiade*, in campis Marathoniis debellât. hæc est *pugna Marathonia*.

3490. *Lacedæmonij, Athenienses, ceteriq; Græci* ineunt commune fœdus, maximum rerum Persicarum in Græcia sufflamen, & impedimentum. Principatus illius fœderis datus est Lacedæmoniis.

Athenæ ab Atheniensibus belli hujus Persici tempore prudenti consilio desertæ, â Xerxe occupatæ & incensæ, ejectis Persis, â Themistocle, iterum instaurantur, & muniuntur.

Tandem fœderis dicti principat⁹, communis Græciæ decreto, ad Athenienses â Lacedæmoniis transfertur, tanquam æquiores. Hæc

Anni Mundi.

RESPUBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.

3453.
3464. Judæi, suspecti movendæ rebellionis, in structura templi hactenus impediti, progredi permittuntur.

3495. *Esdræ* fit potestas cum Sacerdotibus & Levitis plurimis redeundi Hierosolymam & ordinem sacrorum ibi instaurandi ac judiciorum.

Rabbi Zacuth [illegible] lingua [illegible] Esdræ tempore [illegible] Masorithanum [illegible]

MONARCHIA SECUNDA. *sive* PERSARUM.

Longimanus dictus, jam regnat; modicis copiis Græcos, sed infeliciter, aggreditur, ad Cyprum â *Cimone* Atheniensium duce cæsis. Mox *Ægyptij* rebellionem occeptant, & deficiunt. Quibus juvandis copias sub mittunt *Athenienses.* Artaxerxes, oblata pace, Atheniensium ex Ægypto abitum emercatur.

(*Huic succedit* Sogdian⁹ *regnatq.*

ANNI Mundi. RES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

caussa & *origo simultatum*, & tot sequentium *bellorum inter Athenienses & Lacedamonios* fuit.

3521. *Decemviri* scribendarum legũ caussa *Romæ* instituuntur; sed eorum potestas non ultra biennium fuit. (*Illos Decemviros Romani in Græciam miserunt Legum cognoscendarum caussa, unde natæ Leges 12. Tabulatum. iis demum cura mandata est Reipublicæ quorum cum Princeps Appius Claudius pudicitia virgineæ, virginis pulcherrimæ insidiaretur. Virginius Pater in filiæ viscera cultrum adigebat, melius esse ratus morte eandem, quàm contumelia amittere. Hinc Magistratus Decemviris abrogatus*)

3523. Pax inita est inter *Athenienses* & Artaxerxem, qua *omnibus per Asiam civitatibus Græcis Libertas & autonomia* est concessa; cautumq; *ne Persici satrapæ mare Jonium in posterum navigarent.*

(Megarenses *ab Atheniensibus ad Spartanos deficiunt, propterea ab Atheniensibus vastantur. Sed & ipsi Athenienses magna clade à Bœotiis afficiuntur.* Syracusani *Acragantinos*, Milesii *Samios bello superant, paulò tamen post duce Pericle Samum recuperant. Dehinc inter* Corinthios & Corcyræos *super Epidamno bella geruntur, quem Corcyrei expugnarũt. Corinthiorumq; captivorum fines undique vastarunt.* Athenienses *coloniam in Thraciam Amphipolim mittunt. In Italia Tarentini urbem* Heracleam *condunt.* Franci *duce Marcomiro ex Scythia à Gothis pulsi in Germaniam veniunt & Frisiam occidentalem. Geldriam & Hollandiam occupant;*)

3527. *Tribuni militum* consulari potestate *Romæ* instituuntur: sed eorum consulatus vicarius non diu valuit.

3541. Externo ex Persis metu totiens feliciter superato, domi *Athenienses* majora audent, quam reliquarum Græciæ civitatum vel æmulatio vel libertas patiebatur, & terra mariq; potentes, specie juvandi alios, alios opprimunt, & omni occasione bella quærunt ac triumphos. Inde suspecti ce

ANNI Mundi. RESPVBLICA JUDÆORUM *sive* RES SACRÆ.

3059. *Nehemia*, Artaxerxis pincerna, accipit potestatem instaurandorum murorum Hierosolymæ.

(*Fidus huic aderat comes* Malachias *Prophetarum, V. T. ultimus, conditumq; est Synedrium, cui præfuerunt viri Synagogæ magnæ.*)

MONARCHIA SECUNDA. *ſive* PERSARUM.

enſes (ſeptem ut eſt apud Diodorum. Ab Ocho in cineribus ſuffocatur.)

DARIUS NOHUS, antea Ohus filius Artaxerxis, ex Pellice natus, regnat. Primo per Tiſſaphernem Ducem, dein per Cyrum filium, mittit auxilia Lacedæmoniis contra Athenienſes.

ARTAXERXES MNEMON, Darij Nothi filius, regnat. Primum illi cum *Cyro* fratre, & proſperum bellum fuit. Idem inter inteſtinos

ANNI Mundi.

RES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.

teris Græcis, veluti contenderent ad ſupremam in Græcos dominationem; præſertim *Lacedæmoniis*, æmulo populo. Hinc inter eos *bella* mul-
3548. ta, tandem *tricennalibus induciis* ſopita. At iis nondum finitis, graviſſimum illud exarſit *bellum Peloponneſiacum*.
3551. Finis impoſit⁹ videbatur bello Peloponneſiaco, facta nunc in annos L. inter *Lacedæmonios* & *Athenienſes* pace, multis utrinq; cladibus adflictos. Sed eam ſuſpectam habent & turbant reliquæ *minores Græciæ civitates*. Hac rerum perturbatione fit, ut iterum commiſſis inter ſe Lacedæmoniis & Athenienſibus, *bellum Peloponneſiacum continuetur.*

(Marcomirus *Francorum Dux injuria Gallorum laceſſitus Rhenum tranſit, & inſulas Rheno concluſas occupat.* Athenienſes *Melios expugnant.* Seluntij & Ægeſtani *in Sicilia de finibus certant.* Athenienſes *in Sicilia multis cladibus Syracuſanos afficiunt.* Spartani *magno Athenienſium detrimento* Deceleam *muniunt.* Thraces *Mycaleſſum urbem ex improviſo capiunt.* Medi *ſub Perſarum jugum redeunt.* Rhodij *ex urbibus quatuor in unam coeunt, eamq; muniunt.*)

3559. *Athenienſes* inter tantos domi motus, iniquo ſuo tempore *Siciliam* aggreſſi, à Syracuſanis, quibus auxilio venerant Lacedæmonij, fœda clade afficiuntur. Mox democratia domi in *Oligarchiam* mutatur, *quadringentis viris* ſumma rerum poteſtate tributa.

3567. Ultimo Darij Nothi anno, *Lacedæmonij* aliquoties ab *Athenienſibus* ſuperati, collectis animis, duce *Lyſandro* in *pugna ad Ægospotamos* vincunt & omnibus exuunt Athenienſes. Hæc
3567. pugna & *finem* Attulit *Peloponneſiaco bello*, & *Athenienſium libertati.* Nam deditis Athenis, *Lyſander* muros dejecit, & formam reipub. mutavit, præfectis *triginta* Athenienſib⁹ *viris*, & uno Lacedæmonio *Harmoſta* inſtitutis.

3571. Miſerrima *Athenienſes reſpub.* eſt ſub *XXX. viris:* totidem enim tyranni

ANNI Mundi.

RESPVBLICA JUDÆORUM *ſive* RES SACRÆ.

(Darius Nothus Cyri edictum renovat de inſtaurando templo Hieroſolymitano. Et Judæi, Haggæi & Zachariæ Prophetis ſtimulati proceſſerũt, in opere tam ſtrenuè ut intra quadriennium ultimam manum imponerent.)

(Hieroſolymis Nehemias urbi condendæ ita incubuit, ut muri & vici ejus intra annos XI. perfice

MONARCHIA SECUNDA *sive* PERSARUM.

Græciæ motus afflictis Atheniensibus opem tulit contra Lacedæmonios nunc victores.

ANNI Mundi. | RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

sunt. At, exulum Atheniensium un⁹, Thrasybulus, *Critiam*, tyrannorum ducem, cædit. Cives ad libertatem sic animati, exuunt XXX. viros imperio, & expellunt; substitutis in eorum locum *decemviris*, qui tyrannis haud meliores fuerunt. Tandem *Thrasybulus* urbem ingress⁹, *amnestiam* sancit, & priorem *democraticam reipub. formam* Atheniensibus redonat.

(Agesilaus *Pharnabazum Phrygia expellit, in Asia maxima res gerit.* Galli Se-
nones *Romanis ad Alliam prælio fusis*
3577. *Romam occupant.*)

Lacedæmonii, duce *Agesilao* Rege, Per-
sicas copia contra se missas sub Tis-
3580. saphern satrape, profligarunt.

Videbatur jam Græca monarchia
in Lacedæmonios inclinare, nisi iis
â *Bœotiis, Atheniensibus, Corinthiis & Ar-
givis* communi consensu bellum es-
set indictum. Eo *Lacedæmonij* semel
victi *ad Cnidum*, imperium maris
3585. amiserunt.

Lacedæmonij bello Græcorum & Persarũ distenti aut afflicti, mittunt Antalcidam ducem ad Artaxerxem de pace, eamq; obtinent ea lege, *ut Græcæ Asiæ civitates Persæ parerent, reliqui Græci liberi essent.* Persa Græcis has leges abnuentibus bellum minatur. Hæc *pax Antalcidæ* est appellata.

(Thessali *dum à filiis Jasonis vexan-
tur, Philippum Macedonem advocant.* Ro-
mâni *duce Camillo Gallos profligant, Con-
3586. sulem plebi, Prætorem Nobilitati concedunt.*)

Nihilominus *Lacedæmonij*, spretâ Antalcidæ pace, superbe sese gerunt, & ut omnium fiant domini, alios atq; alios, *Arcades* maxime, *Mantinenses, Thebanos, Athenienses* bello aggrediuntur. Sed ad oppidum Leuctra cæsi Lacedæmonij à Thebanorum ducibus, *Pelopida* & *Epaminonda*, incomparabilem virium jacturam passi sunt. *Hæc pugna Leuctrica* appellatur, quâ principatus Civitatum Græciæ â *Lacedæmoniis* ad *Thebanos* est delatus.

Regnante Artaxerxe Mnemone,

ÆLIUS HADRIANUS, consobrinus Trajani, imperat. (Is testamento à Trajano ad optat⁹, cum Trajani nomine & Imperium & omnia Imperii ornamenta, quantumvis initio aliqua dissimulatione usus, re tamen ipsâ & suscepit & gessit.)

118. (Adeptus Imperium *Hadrianus*, tenendæ per orbem terrarum paci operam intendit. Nam, deficientib⁹ his nationibus, quas Trajanus subegerat, *Mauri* lacessebant, *Sarmatæ* bellum inferebant, *Britanni* teneri sub Romana ditione non poterant. *Ægyptus* seditionibus urgebatur; *Lybia* denique ac *Palæstina* rebelles animos efferebant. Quare omnia trans Euphratem & Tigrim reliquit, exemplo, ut dicebat, Catonis, qui Macedonas liberos pronunciavit, quia teneri non poterant. Et sic tunc *Euphrates* in Oriente *limes* constitutus est *Imperij Romani*, contractæque res Romanæ, quam late nimis longeque exporexisse Trajanus videbatur.

Ad Domitiani exemplum à plerisque barbarorum regum, pacem annuis muneribus redemit.

Ipse ille primus quadam quasi sæpe *artium*, *murorum*, *aggerum*, & *castrorum* passim *Romanas provincias* à barbarorum ditionibus, prudentissimo certè consilio, velut distinxit, & eorum sic stitit ac prohibuit incursiones.

lio *Joannes*, Evangelicam scripsit historiam.

Primum Christiani nominis seculum elabitur: quo celebres *Ecclesiæ* sunt in Occidente *Romana*; in Oriente *Hierosolymitana*, *Antiochena*, & *Alexandrina*. Inde *origo dignationis, quæ postea ad patriarchales sedes sunt evectæ*.

(Primi seculi finis *excessu* *Joannis Evangelistæ* insignis est. Mortuus est Ephesi. Atque sic *Apostoli esse desierunt.*)

101. *Tertiam persecutionem* sub Trajano patiuntur *Christiani*. (Ratio non alia fuit, quā quod metueret sibi à Deorum, quos colebat, ira, si coli CHRISTUM pateretur, & quod calamitatū omnium pub. com.q; malorū velut auctores Christiani esse vulgo crederentur. Passum inter alios, & corona martyrij insignitum tunc *Clementem*, episcopū Romanum, veteres constanter tradunt: quorum & quidam *primum eum Episcopum Romanum post Petrum fuisse* volunt. Iste

MONARCHIA QUARTA *ſive* ROMANORUM

137.
138. *Hadrianus* ingraveſcente ætate, & morbo preſſus, adoptat & *Cæſarem* dicit, volente ſenatu, ÆLIUM VERUM. *Prima origo hæredum reipublicæ & Regum Romanorum, qui in Imperio Germanico hodièque dicuntur.*

139. ANTONIUS PIUS, ab Hadriano adoptat⁹, imperat.

ANNI Chriſti.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.

(*Mecænas Eruditorum Adrianus appellatur. Idem edictum Salvianum edit, quod Pandectarum juris poſtea Archetypon fuit Paſſi quoq; hoc tempore* 10000 *martyres in Monte Ararath.*

(*Pallas egregius ſcriptor prodidit Hadrianum Imperatorem penè ex omni imperio humanas immolationes ſuſtuliſſe.*)

Idem, raro & inuſitato ante exemplo, *ditiones* propè omnes ac *provincias Romanas* celerrimis itineribus peragravit, atque in eam ubique curam incubuit, ut clauſtra & limites Imperij adverſus barbarorum, qui undiq; jam imminebant, incurſiones ſeſe poſſent tueri.)

Sub Hadriano *copiæ militares Romanis* ſunt, præter auxilia, peditum ducenta, equitum quadraginta millia: armorum in ſupplementum CCC. millia. *Theſaurus* autem *Imperij* quotannis accipit LXIV. millia talentorum Ægyptiorum. (*Diſciplinam militarem inſtituit & ſcripſit ipſe Tactica.*)

137. *Judæi* hærentes in *Palæſtina*, tumultuantur, ſed vicuntur. *Hieroſolyma* in-
138. ſtauranda *Gentilibus Chriſtianiſque* permittitur, & â Principe *Ælia* appellatur.

(Fax præcipua hujus motus, & caput rebellium Judæorum fuit quidam dict⁹ *Barcochaba*, ſive Bencochab. qui *Meſſiam ſeſe eſſe, & in integrũ reſtiturum collapſas Judæorũ res*, mentiebatur. (*Ut quoque quod in ſolo Hieroſolymæ* Ælia Capitolina *condita, & in monte quo veri* DEI *templum fuerat* Jovis capitolini *ædes excitata.*)

Bellum illud Judaicum ultimis demum Hadriani temporibus finitũ eſt, *Bitbera* urbe munitiſſima expugnata; â quo tempore non licuit Judæis Æliam urbem ingredi)

139. (*Antonius Pius* bella non intulit, ſed movẽtes repreſſit, ut *Dacos* & *Alanos*.)

(*Reges & Regna fama & æquitate Antonini capti, Indi, Bactri, Hircani, aliiq; ſponte eidem ſeſe dedunt; ſed morte ejus audita poſtea deficiunt plurimi.*)

ANNI Chriſti.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ.

ſeptem Urbis regiones diviſit *notarijs* fidelibus Eccleſiæ, qui *geſta martyrum* ſollicité & curioſé unusquisque per regionem ſuam, perquirerent & ſcriberent.)

118. (*Magna* nunc facta ſunt *Chriſtianæ res incremento*, adeo ut ab eorum, qui CHRISTI profeſſi nomẽ erant, multitudine metuere ſibi *Pagani* cœperint.)

(*Infames erant his temporibus* Chiliaſtæ. Baſilidiani, & Saturniani *Hæretici.*

121. *Evariſtus Epiſc. R.* qui ſub Hadriano præ eſt *Eccleſiæ Romanæ*, eidem regundæ commodius, *ſeptem Diaconos* imponit. *Et titulos presbiteris diviſit hæc prima & antiquiſſima Cardinaliũ eſt origo* (*Ut enim cœli cardines, ita urbis quoque dicebantur ac ijs præfecti Cardinales Lege Albert. Stad. in Chr. Quædam etiam perſecutio ſub Trojano annotari ſolet, qua decem martyrum millia in Armenia cruci addixit.*)

126. (*Quadratus Apoſtolorum Diſcipulis & Ariſtides pro religi-*

de Martyrio Martyrum elegans conscripsit opus, Flavius Josephus. Attendum hi
Non plane omnes, quos historia tales exhibet, vere Martyres esse. horum en alii ad s
dicendum vocati, alii rursus non, neq ab iis requirebatur amplius quam sua cuiusq pro
pria fides. Priores, si mortem eo nomine passi, quod huic articulo, Jesum esse a
morte suscitatum, testimonium ferebant, proprie Martyres dicendi. Martyr enim Christi
proprie est ille qui resurrectionis est ipsius testis; Id quod testari nemo potuit, nisi qui
vel cum eo erat in terra versatus, aut post resurrectionem illum viderat. Testem enim vidisse
oportet quod testatur, alioqui testimonium vix creditur idoneum. Quod igitur alii Mar
tyres Christi proprie non sint, manifestum est ex verbis Petri, Act. i. v. 21. 22.
Oportet fieri. Ex his viris qui nobiscum congregati, in omni tempore quo intravit
et exivit inter nos Jesus incipiens a baptismate Joannis usq in diem quo a no
bis assumptus, nobiscum fieri testem resurrectionis ejus, unum ex istis. Vbi
perspicue, qui Christi resurrectionis est testis, eundem ipsum oportere vidisse Jesum
& conversatum, quem resurrexisse certo scire. Alioqui, si ex antecessoribus
audita testans, tum martyr videtur secundarius, Martyrum si mediatus. Quae sim
duorum quorundam distinctio plus verbi quam rei & formae continet. Quivis
igitur adhibitus doctrinae, quae historia vitae Xti, acta & Apostolorum Epistolae
commendant ac privatis confessibus auctoritatem, ab honore Martyris sit prima
rii secundarii, longe abest : excepto unico fidei articulo Jesum esse Christ
i.e. illum qui suo morte redemit suos, descendentium iterum & vitam regni coelesti
aeternam, nobis peperit. Non enim mors di. testimonium facit Martyrem i
quo nil amplius quam in verbo tantum estimatur. Si pro articulo hunc
assensum ab missus, sive facit confitur, sit etiam primarius l. 2dariis Apostolorum testis
aut eorundem successor. l. antecessorum non mortem pervenit obligatus : qua nec vocatio
nec missus fecit, auctoritate caret legitimae. Ubi jam trucidantur, tale non sp
tius persequentibus, dubitantibus, ac non audientibus Apostolos amisit illis quod dixit ad eos :
Mitto vos quasi Oves ad Lupos, non ad alias oves.

MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.
M. ANTONIN⁹ vulgo PHILOSOPHUS, adoptatus â Pio, imperat. L. AURELIUM VERUM, â Pio quoq; adoptatum, per novennium, Imperij consortẽ habet & collegam. *Prima origo exempli, sed plerumq; infelicis, quo Imperium duos simul Augustos habere cœpit.*	162.	(*M. Antoninus* bella adversus *Britannos, Cattos, Germanos, Parthos & Marcomannos* gessit. Marcomannicum celeberrimum vulgo habetur & propter expeditionis difficultatem, & propter ferociam gentis, denique propter *legionis Christianæ* (quæ Antonio militabat) *precibus pluvias impetratas*, non ferenda siti, ob continuam siccitatem, toto exercitu laborante.
	173	Soteres Aniceti Successor, Episcop. XII. [illegible]
COMMODUS, Antonini Fili⁹, succedit. (Princeps dissimilim⁹ patri, vitaque & morib⁹ corruptissimus adeo ut cum patre ejus desiisse Romani Imperij fœlicitas videatur.)	181.	(*Adhac quasi tempora referenda sunt, quæ de adventu Indorum quorundam ad Cæsarem Porphyrius refert in Lib. de Abstinet.*)
	190.	*Gothi*, celebris posthac futurus populus, postquam, ê Scandinavia vicinisque insulis, primis & patriæ suæ sedibus, cum essent egressi; diu in Scythia Europæa, perq; Sarmatiam utramq; vagati, tandem circa Istrum, Boream versus, consedere; divisi in duos populos, quorum alijs *Ostrogothorum*, alijs *Westrogothorum* factum est cognomentum; indè *Mæsiam & Thraciã* vicinas Romanorum provincias, armis subindè aggrediuntur.
PERTINAX imperat: creatus imperator â percussoribus Cõmodi, sed post secundum imperij mensem, ob severitatem militaris disciplinæ, â militibus occisus.)	194.	(*Pertinacis tempore, Severus Pannonia, Pescennius Niger Syria, & Clodius Balbin⁹ Britannia præerat: qui omnes post obitum pertinacis in novas spes erant erecti. Severus Albinum societate imperij inescabat, Nigro victo & sublato apud Lugdunum cum Albino de rerum summa acie contendit & vicit.*)
DIDIVS IVLIANVS imperat: (pecunia mercat⁹ imperium, eoque, ob luxũ post mensem itidem secundum, exutus.)	194.	
L. SEPTIMIVS SEVERUS (in Pannonia â militibus, quibus præerat, electus) im-	194.	Ubi flumina aut montes non erant termini Imperij Romani, ibi *Severus* magni operis *vallum* ducendum curavit: quo victi passim barbari a non victis distinguuntur.

ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ.
	one christiano apologeticos adriano exhibent.)
127.	(*Ad instantiam Serenij Granniani Legati, Hadrianus Minutio Fundano Proconsuli Asiæ scribit:* sine objectu criminum aut probatione christianos nõ esse damnandos. Hæretici sunt *Gnostici*, *Tatianus*, *Montanus*, & *Marcion*, (Valentiniani, Encratiæ & Montanistæ.)
133.	(Celsus *Epicure⁹ in vectivam in christianos scribit, quam postea refutavit Origines.*)
137.	(Aquila *Ponticus turpiter fidem deseruit.*)
166.	*Quintam persecutionem* patiuntur christiani. (*Antoninus enim publico edicto omnes dijs sacrificari jussit. Hinc sævitum est in Italia, in Gallia in Hispania &c.*
181.	(Pax sub Commodo fuit Christianæ Ecclesiæ, sive quod totus libidinibus deditus, reliqua omnia, sacra & profana, neglexerit; sive quod a *Martia* concubina, quã Christianam

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

perat, diutiusque imperium contiet.

(Adversarium is habuit PESCENNIUM NIGRUM, egregiæ virtutis virum, & id circo a Syriaco exercitu salutatum *Imperatorem.* Sed is mox, pace a Severo in Occidente constituta, ab eodem tribus prælijs victus, Antiochiæ, quo se receperat, interfectus est.)

212. M. ANTONINꝰ BASSIANUS, cognomento *Caracalla*, filiꝰ Sept. Severi, succedit.

(Is initio imperij collegam habuit fratrem GETAM, sed eum mox interfecit.)

218. OPELIUS MACRINꝰ homo obscuri generis, in Syria ab exercitu salutatus *Imperator;* a suis interfectꝰ ob singularem crudelitatem.)

219. ANTONINꝰ HELIOGABALꝰ, (filius Bassiani Caracallæ, Princeps libidinum tantum infamia insignis:)

223. ALEXANDER SEVERUS (Mammææ, sororis matris Heliogabili, F. & sic consobrinus Heliogabali) imperant.

ANNI Christi. | RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

202. (*Totꝰ in bellum Parthicum incumbit Imperator, cui adest Abagatus Osrenorum Rex Christianus.*)

203. (*Ex Ægypto in Syriam movet Severus eus ob domitos Judæos Triamphus Romæ decernitur*]

211. (*Consulit Imperio Severus & 32. Legiones per provincias limitaneas distribuit.*)

(Circa hæc tempora Judæi *Talmud* conscribere cœpere, cui eximiam & propè divinā tribuunt auctoritatem. Cùm enim eversa jam esset Hierosolyma, templum excisum Judæi dispersi aut in captivitatem abducti, metuerentque *Kabbaloth* sive *Traditiones* (h.e. *Mischna* sive *explicatio legis*, quā Judæorum magistri accepisse a DEO Mosen volunt, non scripto traditam, sed oretenus significatam, in monte Sinai, & ore traditam Judæis fuisse usque ad excidium Hierosolymæ) quadam quasi oblivionis injuria perirent, magistrorum unus, *R. Juda Hannasi,* qui & *Rabbenu Hakkadosch* appellatur, favente Antonino Imperatore, & ex auctoritate reliquorum Rabbinorum, scripto complexus est, quicquid hujus non scriptæ legis, memoria poterat suppeditare. Factum id anno, ut volunt, post Christum natum CXCI.)

223. (*Urbem Nicopolitanam restitui impetrat. Julius Africanus, æternum triumphata Hierosolyma monumentum.*)

223. Florent celeberrimi *Iureconsulti Romanorū* & *Romani juris* disciplina (studio præsertim *Ulpiani*, auditoris Papiniani, & sub Alexandro Imp. militibꝰ Prætorianis præfecti) inprimis excolitur. Indè *origo plerarūq. sententiarū quæ in Pādectis Iuris Romani hodie legūtur*

ANNI Christi. | RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

fuisse traditur, admonitus.)

183. (Pantænus *Scholam Christianorum Alexandriæ instituit undè plurimi Doctores prodiere.*)

Scotia *Evangelium recipit.*)

Theodotiō *quoque his temporibus sacra Biblia interpretatur.*

195. Praxeas & Theodosius *Coriarius Hæresiarchæ vivunt.*)

Hæretici sub Severo Angelici & Apostolici *sive paradoxa.*)

198. (*Quæstio de Paschate agitatur*)

200. *Sextam persecutionem* patiuntur *christiani*, maximè in Africa & Ægypto: (falsis criminibꝰ seditionis, sacrilegij, contumaciæ adversus Cæsarem, ἀνθρωποφαγίας, alijsque objectis.)

Secundum igitur *seculum Christiani nominis* fuit. Nulla templa Christianorum eo fuisse, tradit Tertulianꝰ. Privatæ domus & loca, & cœmiteria martyrum sunt, in quibus *sacri conventus* celebrantur. *Lege Tertull. adver. Gent. cap 39.*

200. (Hac tempestatè nonnulli tam

MONARCHIA QUARTA, *sive* ROMANORUM

236. MAXIMINUS THRAX (fueraris primum opilio, dein inter custodes corporis Alexandri assumtus) duob⁹ GORDIANIS, patre & filio, qui (contra eum) â Senatu facti erã Imperatores occisis, regnat.

PUPIEN⁹ MAXIM⁹ & BALBINUS â Senatu electi, mox a Prætorianis interfecti;

238.

GORDIANUS JUNIOR, Philippo Arabe agente, interfectus;)

239.

PHILIPPUS ARABS, (Veronæ a militibus cæsus;)

245.

DECIUS (in expeditione contra Scythas, quam illi Philippus mãdaverat, commun: consensu Illyrici exercitus salutat⁹ *Imperator*) imperat

250.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

230. Regnum *Parthorum* dirimitur in Oriente, *Artabano*, rege eorum, victo & occiso ab Artaxerxe, deficientiũ â Parthis *Persarum* rege. Ita *a Parthis ad Persas redit Imperium Orientis.*

239. (*Rebellant sollicitante Senatu, Provinciæ, & coactus Tyrannus exercitum in Italiam ducit.*)

242. (*Expeditione felici rebellem Africam domat, Gordianus, Gothis interea imperium turbantibus.*)

245. (*Philippus*, facto cum *Persis* fœdere, *Mesopotamiã ius & Syriam* dedidit; adeoq; in Oriente imminuit res Imperij.)

248. (*Turbant Mœsiam & Panmoniam Gothi mox à Philippo repressi*)

249. (*Romani Imperatoris nomen assumunt Tapianus in Oriente, & Marinus in Pannonia, mox oppressi atq; occissi.*)

Gothi Thraciam infestantes vincunt & occidunt *Decium* Imperatorem.

250. (Decio & ejusdẽ filio in prælio cõtra Gothos cæsis, *C. Vibius Trebonianu Gallus*, ejusque filius *Volusianus* â militibus salutati *Imperatores* sunt. Cæterũ vix imperasse dicendi sunt. Ignominiosa enim & haud decora Imperio pace cum Gothis aut Scythis facta, missus est contra eos *Æmylianu* præfectus, Mœsiæ, cui post Scythas repressos Imperium â victore exercitu oblatum est.

252.

Hæc dum fiunt in Thracia, alius exercitus, cui in Alpibus erant stationes, *Imperatorem* dicit *Valerianum.* Civile bellum ex diversis istis legionum

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

Laicorum, quam Clericorum inter Christianos, quos *Ascetas* vocãt Græci, durissimam, ut loquitur *Tertullianus*, qui nunc floruit, vitæ viã commeare cœperunt, ut tanto promtius ad æternam & beatam ex hac mortali pervenirent.

200. Hac ipsa tempestatè pacem Ecclesiæ admodum turbavit quorundam, qui Christiani audire volebãt, *studium destruendi ea omnia & in dubiũ vocandi, quæ in Christiana Ecclesia tradebantur*; cum ipsi interim de dogmatis fidei certi nihil affirmarent.)

(*Origenes divinas humanasq; literas docet, novas sacri Codicis versiones, unam Nicopoli apud littus Actium alteram in dolio propè Hierichũtem invenit.*)

208. (*Errat* Origenes, *seipsum castrans, ne pueros puellasque docens in suspicionem incurreret.*

Ob varias exortas Hæreses plura passim Concilia celebrata sunt.

Tertullianus *qui strenuè contra Marcionis errores decertaras, hoc tempore ad*

MONARCHIA QUARTA *ſive* ROMANORUM	ANNI Chriſti.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere; aut iis ſe oppoſuere.	ANNI Chriſti.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ.
		ſtudiis oriturum cum metuetetur, *Æmilianus*, fato an fraude incertum, tollitur.)		*Cathaphryges defecit, & inſcitè multa contra Catholicos ſcripſit.*
VALERIANꝰ, poſt C. VIBIUM TREBONIANUM & ÆMILIANUM interfectos;	254.	*Perſa* in remotiore *Oriente* invadũt *Provincias Imperij Romani*; ſicut & *Gothi Græciam* & *Aſiam* incipiunt vaſtare.	217.	*Occaſione erroris ejusdam, damnato Hæreticorum baptiſmate, ab Agrippino Carthag. Epiſcopo, graves in Eccleſia turbæ naſcuntur.)*
	260.	(*Turpiter proditus victus captusq; à Sapore Rege Valerianus equum ſcandenti ſervit ſcabelli loco. Territus eâ re Gallienus à perſecutione ceſſat*)		
GALLIENUS, poſt Valerianum patrem, admodũ ignavus; XXX. TYRANNI, ſive Cæſares, â diverſis exercitibus, diverſis temporibus & locis ob Gallieni ignaviam creati;	261.	*Franci, Suevi, Alemanni*, aliique Germaniæ populi, in *Galliam, Italiam, Hiſpaniam* deniq;, eruptionem faciunt, evocati ab ipſis Romanis adverſus Gallienum. Hæ *primæ* ſunt *Germanorum in Provincias Romanas irruptiones; ex quibus libido tandem enata eſt fixam in eas ſedem & Dominationem transferendi.*	223.	*CHRISTUM & Abrahamum, & Apollonium* in larario ſuo colit *Alexander Severus Imp.* (*Origenem interdum audijt, neq; aula Chriſtianos excluſit.*)
	264.	(*Occiſis Tyrannis alij aliique inſurgunt. Gallis, Germanis, Ægyptijs deficientibus, ignaviſſimus Imperator ridens:* Et num, *inquit*, ſine his eſſe non poſſumus?		(Pax Chriſtianis ſub eo fuit. *Mammæa* quippe, mater ejus, ab *Origene*, qui nunc floruit, erudita, Chriſtianã religionem diſciplinãq; complectebatur.)
	265.	*Odenato ipſe Gallienus Auguſti nomen confert. Cenſorinus item ſalutatus Imperator à ſuis occiditur.*		
	267.	*Germani in Gallia & Italia triumphant.*		
	268,	*Illyricos tumultuantes reprimit Gallienus, indè cum Aurelio movet in Gallias.*)	232.	(*Toti Eccleſiæ ſe purgat Origenes, de erroribꝰ in ſuos libros aliundè inſertis.*)
FLAVIUS CLAUDIUS.	269.	Ab his duobus Imperatoribus fortiter & feliciter barbari reprimuntur, & limites Imperij redduntur tutiores.		
AURELIANꝰ;	271.			
P. ANNIUS TACITUS; (ex Senatus conſulto;	276.		236.	*Septimam perſecutionem* patiuntur *chriſtiani* ſub Maximino.
VALERIꝰ PROBUS (ſuperatis hoſtibus SATURNINO, PROCULO & BONOSO, qui ſibi Imperium vendicaverant, feliciſſimus.)	277.	*Alemanni* magno prælio â *Probo* in Gallia vincuntur.		*Antherus* præeſt Eccleſiæ Romanæ, & curat, ut *Acta martyrum* in comentarios redigantur.
	280.	(*Græciæ motus componit Imp. Bonoſus & Proculus Galliam, Hiſpaniam & Britanniam Tyrannide occupant.*)		
	281.	(*Exoptatiſſimo rerum ſucceſſu imperat Probus, perſecutione ſublata, compoſitisq; Orientis rebus, regreſſus Romam de Germanis & Böemis triumphat.*)		*Helchesaitæ* hæretici prodeunt.
CARUS;	283.			(*Berilliani item alij in Arabia, qui animas mortales docuerunt, quos refutavit Orig.*
DIOCLETIANUS cum collega MAXIMIANO HERCULEO,	284.			
	286.	(*Plurimi affectant Imperium. Julianus in Italia â Diocletiano opprimitur. Carau-*		

post — ſius — (Philip

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM.

post Val. probi filios, NUMERIANUM & CARINUM interfectos imperant.

Diocletianꝰ & Maximianus Imperiũ deponunt, idque inter CONSTANTIUM CHLORUM, & GALERIUM MAXIMIANUM partiuntur.

CONSTANTINꝰ MAGNUS, filius Constantij Chlori, superatis *Maximiano* socero, *Maxentio*, *Maximino*, & *Licinio*, hostibus

ANNI Christi. — RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

sius contra Saxones & Francos missus, & ipse desciscit.

287. *Maximianus Germanos Galliam infestantes profligat; Diocletianus Gothos & Scythas reprimit.)*

287. *(Inclaruit æra Diocletiana' qua multi etiam Christiani olim sunt usi.)*

289. *(Differunt bellũ Impp. & quinquennalia celebrãs, dum hostes ipsi inter se mutuò confligunt.*

291. *Laborante bellis plurimis Imperio, quisque Impp. Collegam sibi adsciscit, è quibus Coustantius in Britannos, Galerius in Germanos mittitur: Ipsi in Ægyptum & Africam movent.)*

293. *(Diocletianus ad societatem belli Ægypt. Galerium evocat; Victus ap. Pelusium Achillas Alexandriam effugit. Contra Armenios rebelles mittitur Galerius.)*

296. *(Constantius contra Germanos Galliam repetentes pugnans victus, mox victor* 60. *millia profligat.)*

297. *(Orbis Romanus hoc demum anno paci redditur. Narseo Persarum Rege aliasque hostibus plenè domitis.)*

298. *Hoc anno pacatis, iam provincijs toti in extinguendam Christi fidem incumbunt imperatores.)*

299. *(Imperij pax summa, Persis arma ponentibus, Assyria Mesopotamia & Armenia in provincias redactis.)*

306. *Imperium* corruptis *Constantini* consilijs in summum discrimen adducitur. Corrupta ea consilia in tribus potissimum versantur.

1. *Sedes Imperij* Roma Byzantium, quæ *Constantinopolis* nunc dicta est, transfertur, quo Gothos Thraciam

ANNI Christi. — RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

245. *Philippꝰ* omnium *Romanorum Impp. primus Christianus* fuisse dicitur; nec tamen rem Christianã augere ausus est.)

250. *Octavam persecutionem Christiani* patiuntur,

254. *Nonam persecutionem* patiuntur *Christiani*: (& præter alios *Cyprianus* martyrij corona in Africa coronatus est.)

(Dionys. Alexandr. claruit. Lucius Episc. Rom.)

Novatus & Sabellꝰ hæretici Ecclesiæ graves sunt.

255. (Chiliastæ *& de rebaptizandis quæstio vigent.)*

(Stephanus Episc. Rom.)

258. *(Sixtus II. Episc. Rom.*

259. *(Dionys. Græcus Episc. Rom.*

261. (*Gallienus*, vulgatis Edictis, Christianæ Ecclesię pacem reddit.)

Crescit inprimis Ecclesia Christiana inter Cæsarem dissensiones.

275. *(Adversus Christianos ab Aureliano indicta sed morte eiꝰ impedita est persecutio.)*

Paulus Samosatenus, & *Manes* Persa hæretici sunt.

(Porphyrius è Christiano fit ipsorum hostis. Ecclesia christia-

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

vel fuis vel Chriftianorum, folus imperat: *Primus chriftianorum & baptizatorũ Cæfarum;* quam utilis Ecclefiæ, tam imperio inutilis Imperator.

ANNI Chrifti. | RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adfpiravere, aut iis fe oppofuere.

infeftantes propior Imperator coërceret. *Origo vera neglecti, & invafi à barbaris peregrinisque gentibus Occidentis.*

2. *Danubij & Rheni*, terminorum Imperij Romani in Occidente, ripæ (quas omninò armata vi tueri neceffe erat) XV. legionum præfidio nudantur. *Hac quoque origo nudati, & velut apertis clauftris, à barbaris iisdem invafi Occidentis.*

3. *Gothi* in *Thraciam* & *Mœfiam* irrumpunt, victi â Conftantino trans Iftrum compelluntur. Mox his ipfis pacem dat ea lege, *ut militum XL, millia, fi quando opus effet, traderent Imperatori.* Hæc quoque *cauffa aucti militis ftudij in Gothis, & facilius ab iis occupati Imperij* fuit.

Ad *Conftantinum Cæfarem* referenda eft *Origo* 1. *chriftianarum Legum.*

2. *fublati fupplicij crucis.*

3. *definentium Olympiadum*, & *incipientium Indictorum*, quæ XV. annorum interuallum complectuntur.

4. *mutata inter chriftianos dierum idolatriam Gentium, fapientis nomenclatura;* ferijs primis, fecundis, &c. appellatis & fubftitutis.

309. *(Roma per occafionem incendii tumultuatur, fed à Maxentio confopitur.*

312. *(Grandi clade Maxentium profligat Conftantinus fub figno S. Crucis, & erudiri de fide cupit. Maximinus in Oriente quiefcit à perfecutione.)*

313. *(In Germanos movet Conftantinus, eosq; domat. Licinium affinem in Orientem mittit. Diocletianus Chriftianæ fidei exaltationem contuens & fibi metuens, venenum fumit.)*

314. *(Victus à Licinio Maximinus paulò pòft moritur.)*

315. *(Turpi defectione, ut folus imperaret Licinius, à Conftantino deficit. Victus ad Cybalas, Thracia, Afia & Ægypto contentus effe jubetur.)*

316. *(Iterum rebellis Licinius etiam chriftianos perfequitur.)*

318. *(In Imperium dum nihil molitur metu*

ANNI Chrifti. | RES PUBLICA CHRISTIANORUM *five* RES SACRÆ.

no fub probo magna incrementa capit, aũ Præfecturas & honores militares confequebantur Chriftiani.)

Decimam perfecutionem patiuntur Chriftiani.

(Glifcente ea perfecutione, *Donatiftarum* factio prodere fefe in Africa cœpit.

301. *(Impp. toto Orbe chriftianos edicto damnant.)*

30[illegible]. *(Orbis univerfus madet Chriftiano fanguine, Marcellinum Papam diis Thus adolevisse plurimi volunt.)*

Sæviente eodẽ Diocletiano, notati in Ecclefia Chriftiana funt plurimi, qui *Traditores* â fcriptoribus Chriftianis antiquis appellatur.)

(Qui nempe Suppliciorum metu facrarum literarum volumina comburenda tradidere Lege Optat. Milev. lit. de fchifmat. contra eos Cyrrha concilium celebratum eft, quod factum fuum Africa Epifcopi defenderent. Sub Decio facrificati dicebantur, qui Idolis facrificarãt, thurificati, qui thus adoleverant, & libellatici, qui pecunia fe data redemerãt Con-

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

CONSTANTIUS II. Conſtantini Filius CONSTANTINO & CONSTANTINE fratribus, & DELMATIO, fratris Cõſtantini M. filio, in quos diviſum erat Imperiũ, ſenſim ſublatis, ſolus imperat.

ANNI *Chriſti.*

RES ILLVSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.

Conſtantini Licinius, ille rem Chriſtianam in Occidente firmat.)

324. *(Victus toties Licinius, iterum nova moliens, cum filio interficitur.*

326. *A Gothis pulſi Vandali partem Pannoniæ ab Imper. impetrant.)*

330. (Idem & noviſſimus, ad Auguſti Cæſaris & Hadriani exemplum, Imperij formam, adminiſtrationem, jura, & ſtatum mutavit. Totum enim orbem Romanum denuo diviſit; *novas diœceſium, vel provinciarum diſtinctiones* fecit, *novos magiſtratus* excogitavit, *novam urbem* Romæ æmulam condidit *Conſtantinopolim*, quam *Orientalis Imperij caput* eſſe voluit, ut Romam Occidentalis. Nam *Imperium* omne Romanum ſuprema diviſione in duas partes ſecuit, *Orientale* & *Occidentale*. Ut autem urbem à ſe conditam in omnibus antiquæ Romæ æqualem redderet, *duos* ad minus *Imperatores* eſſe procuravit, quorum alter in *Occidente*, alter in *Oriente* rerum potirentur. *Senatum* quoq; diviſit, &c. (*Lege hac uberius in Hiſt. univerſ. Pag. 192. & ſqq.*

337. Ex illa adminiſtrandi imperij nova forma ac ratione *Patriarcha* quoq;, eorundemque poteſtas in reguuida Eccleſia originem ſumſerunt.)

(Viſigothi Imperium tentant)

332. *(Triumphat de Gothis Sarmatis & Ale*

333. *mannis Imper. qui Aſiam invaſe ant.)*

334. *(Modò ipſi ſeſe bello impetunt Gothi ac Sarmatha, obteruntq;.)*

337. *(Deceſſit Conſtantinus magnus, bicipitis aquilæ autor & coronæ aureæ gemmeæq; pro laureæ gentilium Impp.)*

338. Leges de ambitu & famoſis libellis admodum ſevere tum latæ, indicium ſunt *corruptiſſimæ Reip. Romanæ*, in qua multi contendunt ad Imperium, & imperio impoſitos quavis calumnia evertere conantur.

340. *(Conſtantius novem præliis parùm feliciter cum Perſis conflixit.)*

341. *(Scythæ infeſtant Pannoniam.)*

ANNI *Chriſt.*

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

feſſores verò dicebantur martyres

(Galerius Chriſtianos ita perſequitur, ut laſſati judicum oculi, feſſæ carnificum manus fuerint. Periere tum Anthimus Nicomediæ, Tyrannio Tyri, Petrus Alexandriæ, Sylvanus Gazæ Epiſcopi. In alijs orbis partibus innumeri.)

At Chriſtiana religio ſub Chriſtiano principe extollit florentiſſimum caput.

Adhæc enim tempora referenda *Origo* eſt 1. *Converſionis totarum inſimul gentium & civitatum.*

2. *Templorum gentilium clauſorum ac deſtructorum.*

3. *Templorũ chriſtianorum exſtructorum, & ſolenniter dedicatorum.*

4. *Bonorum atq; opum Eccleſiaſticarũ*

5. *Translationis martyrum, eorumq; reliquiarum.*

6. *Signi crucis in ſacris & profanis maxime frequentati.*

7. *Dominationis & potentiæ Epiſcopi Romani admodum aucta*, non per *Conſtãtini Cæſaris*, ut volunt, *donationem*, (hæc enim nulla eſt) ſed per abſen-

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

(Cum *Sapores*, Persarum rex, restitui sibi â Constantio *Armeniam* & *Mesopotamiam* vellet, atq; ex ea controversia *bellum Persicum* oriretur, Constantiꝰ Imperij consortem legit & Cæsarem fecit patruelem *Julianum*, eiq; in matrimonio sororem *Helenam* dedit.)

JULIANUS, primò Christianus, dein *apostata*, & Christiani nominis acerrimꝰ persecutor, imperat. (In hoc Constantini M. stirps defecit. Fuit idem *Ethnicorum Imperatorum ultimus*.)

JOVIANUS (militibus imperium offerentibus (imperat.

VALENTINIANUS I. cumfratre VALENTE imperat: (hic Orien-

ANNI Christi. RES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

342. *Franci* Galliam invadũt, & vincuntur. Dein, data pace, in eas sedes redeunt, quas in Germania habebant.

348. [*Vincuntur Romani à Sapore ad Singaram.*)

351. *Constantius* in superando *Magnentio*, qui â milite salutatus erat Imperator, solo Christiano milite utitur, milite â sacris Christianis averso in pagos distributo. Indè confirmatum *Paganorum*, qui Gentiles sunt, nomen.

353. (*Vincit Magnentium Constantius sed cruento prælio, & inter Christianos primò, quo utrinq; ad* 50. *millia cecidere & ipse tyrannus occubuit.*)

354 *Alemannos*, amoto Legionum metu invadentes Galliam, *Iulianus*, ad Argẽtoratum vincit, cæsis eorum VI. millibus. Hæc *via Iuliano ad Imperium* fuit. (*Quia anno jam seq. Cæsar dictus est*).

337. (*Ex Quadis Sarmatisq; Rhætiã & Pannoniam infestantibus victis septem Regibꝰ, Constantius & Julianus triumphũ referant.*)

Alemanni nunc ab *Alpibus* ad usq; *Moguntiam* agunt. A Moguntia inde *Rheni ripam*, & *Belgium*, *Franci* tenent. Ex his sedibꝰ frequentes eorum pugnæ sunt cum *Romanis*.

361. (*Vivente ad huc Constãtio Julianus jam aperto Marte Imperium sibi vendicabat*)

361.

362. (*Turpissimus fidei desertor prætorianos omnes jubet Deos colere, Inde Valentinianus Valens & Jovianus cingulum posuere, omnes postea Imperatores facti.*)

363. Pax facta cum *Persis*, ignominiosa *Romanis*; qua illis *Orientis* quædam *provincia* (trans Tigrim sitæ, quibus Galerius Maximianus Imperium in Oriente feliciter auxerat) deduntur.

364. *Picti* & *Scoti Britanniam* â *Romanis* subjugatam & *Austoriani Africam* infestant.

ANNI Christi. RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

tiam Imperatoris ab urbe Romana.

8. *Dies dominici per universum Imperium celebrandi.*

9. *Gentilium festorum omnium & celebritatum occasus.*

10. *Scholarum publicarum.*

11. *Publicarum & editarum confessionum Ecclesiæ.*

12. Denique *Hierarchia*, non illius modo, quæ ordinis est, sed etiam illius, quæ tyrannidis est & ambitionis.

325. *Oecumenica prima synodus Nicæna* celebratur in Bithinia contra *Arium*, negantem divinitatem CHRISTI, & æternitatem.

(Paphnutij, *cælibis licet, auctoritas obstitit, ne Episcopis matrimonio interdiceretur.*)

341. *Constantius* heterodoxus favet *Arianis* in *synodo Antiochena. Itaque exauctoratur Athanasius* Hinc *christiani Christianos jam persequuntur.*

345. (*Arriani novum Symbolum fingunt.*)

347. (*Sardica* in Illyrico *synodus* celebratur, & Nicæna contra Arium decreta confirmantur.)

Julian. non adeo ap[ost]olo d. occultiori Galli
laeos persequitur [illegible] studio. Dass die Xsten
[illegible] privilegien [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] Xst. [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible] selig, [illegible] Xsten
[illegible]
[illegible]
[illegible]
vid. historia Rufini, Theodoreti et Sozomeni.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

tis, ille Occidentis rebus curandis præfectus.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

Anni Christi.

Alemanni & *Saxones* contra *Romanos* se movent.

366. (*Laborat miserè sub Valente Oriens. Victor Proropius vincitur.*)

367. (*R. Asse*, rector scholæ Judæorum Suræ, discipulis suis per annorum quasi L X. spatium, libri *Mischuajoth* sive Talmudis mentem interpretatꝰ est ab hoc año usq; ad CCCCXXVII quo temporis intervallo XXXV. Commentarios libros adiecisse Talmudi dicitur. Eum in hac cura excepit *R. Maremar*, sociumq; se ei junxit *R. Mar* filius R. Asse. Hi perfecere, quidquid R. Asse, morte præventus, absolvere non poterat; atque in eo opere per annos LXXIII. fuere.)

369. (*Theodosius Alemannos superat*)

370. (*Audiens valens successorem fore, cui nomen a* Theod *inciperet, omnes ejusmodi imperio apeos interficit, servato qui tunc aberat Theodosio*)

371. (*Numinis voluntate superstes Theodosiꝰ contra Firmium Tyrannum in Africam mittitur: Junior Theodosius de Sarmatis triumphant.*)

373. Pax initur cum *Gothis*.

373. *Hunni* ex extremis *Scythæ Asiaticæ* finibus egressi (pervastata prius *Thra-*

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

Anni Christi.

351. In *Synodo Sirmiensi* pro ὁμοούσιος proposita & recepta est vox ὁμοιούσιος quæ cum multum haberet ambiguitatis, novis & acerrimis dissensionibꝰ ansam præbuit

352. (Liberius *Episc. Rom.*)

354. *Concilium Mediolanense.*)

355. (*Episcopi 300. Mediolanum confluente. à Constantio vel exulare, vel Athanasium damnare jubentur.*)

359. (*Sydonus Ariminensis &* Seleuciensis *congregantur Sulpit lib. 2 Hist. Liberius Episc. Rom. resipiscit & recipitur*;

Tandem *Synodus Antiochia* indicta est, in qua vox ὅμοιος reiecta est, & contenderũt acriter *Ariani, filium planè dissimilem esse patri.*)

Photinus hæreticus nunc floret.

(*Ex Arrianis autem his temporibꝰ orti sunt:* Eusebiani, Acaciani, Dubiani, Aetiani & Eunomiani, Antroporphytæ, Luciferiani, Ursinici, Mesialim, vel Euchetæ.

S. Antonius, eremita Ægyptius, vivit. Ab hoc, venient in Occidentem

MONARCHIA QUARTA *sive* **ROMANORUM**

ANNI *Christi*

377. **Gratianus** & **Valentinianus II.** (filij Valentiniani) imperant.

(Hi Imperium inter se ita sunt partiti, ut Gratianus obtineret Galliam, Hispaniam Germaniam Britanniam: At Valentinianus Italiam Illyricum & Africam.)

379 **Theodosius** Magnus sive I. primo, cum Gratiano dein solus imperat: melior Ec-

380.

clesiæ,

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

Thracia, utraq; *Mæsia*, *Macedonia*, & toto propè *Illyrico*) expellunt transistranis ditionibus paullatim *Gothos*, eorumque sedem, *Pannoniam* invadunt. Hæc *prima origo* est *Imperij Hungarorum*

Gothi, ab Hunnis expulsi, petunt â *Valente* & accipiunt proximas *Thraciæ* & in Thracia sedes.

Gothi, in Thracia esurientes, petũt â Valente annonã. Hæc cũ cõtumelia negatur. Indè *origo novi odij in Romanos, & belli, quo Valens victus est ab illis & occubuit.*

Pòst multa & varia prælia fœdus init cum *Gothis*.

(In valetudine Theodosij comperta Gothi Thraciam vicissim, Epirum Macedoniam & Pannoniã invadũt quos reprimit Gratian⁹.)

Gothi,

ANNI *Christi*

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* **RES SACRÆ.**

origo est *primorum Occidentalium cœnobiorum.)*

361. Sub Juliano I. *templa Gentilium* aperiũtur. 2. clauduntur *scholæ & templa Christianorũ.* 3 .*Bona Ecclesiastica* auferuntur. 4. *Christiani, ut hostes magistratuum* accusantur. 5. *Judæis* in odium Christianorum permittitur *templum Hierosolymitanum* instaurare.

361. (His & poximis aliquot annis *Priscillianistæ* hæretici magnas in Ecclesia turbas excitavere. Inter alia iis objectũ est, quod singula humani corporis membra â singulis Zodiaci signis regi dicerẽt. *Ex hoc quasi fonte profluxere illæ imagines humani corporis & singulorum ejus membrorum, quibus singula cœli signa tribuuntur, quæ ad nostram usque ætatem duravere, & in Calẽdariis omnibus hodièque adhuc visuntur.)*

373. *Gothi* â Valentè petunt doctores Christianos, dãtur Ariani. Indè *origo arianæ Hæreseos inter Gothos.*

Arriani Valentis tyrannide adjuti Or-

thodo-

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM.

clesiæ, quam Imperio Princeps.

Arcadius & Honorius, filij Theodosij, imperant: ille in Oriente, hic in Occidente. Hæc *prima divisio Imperij* est *in Orientale & Occidentale.*

ANNI Christi. — RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se… opposuere.

Gothi, rege suo defuncto, cognita Theodosij pietate, subjiciunt sese *Imperio Romano.*

392. (*Valentinianus junior Imp. Rom. Dolo Arbogastis strangulatur; ipse vero* Arbogastes Eugenio *homini pagano & fero imperatoris imposuit titulum, ipse simul Imperatur⁹; Occidentis itaq; Imperium nefariè invasit & occuvavit Eugenius.*)

395. Ob infantiam Imperatorum, Arcadij ac Honorij, Arcadio quidem *Ruffinus*, Honorio autem *Stilico* Tutores dati sunt; homines perfidi & infelices Imperio pariter ac sibi.

397. (*Stilico captum Marcomirum Francorum Regem mittit Cæsari. Imperium usurpăt etiam Gilda & Gainas; Gildo autem à Marascele prælio victus interijt.*)

(*Arcadius à Gaina bello coactus indigna paciscitur.*)

400. (*Victus tandem ab Imperatore Gaines occiditur. Aloricus Pannoniam invadit.*)

Ruffinus, affectator Imperij, concitat & evocat *Gothos* contra Arcadium; sed spe falsus & â militibus ante tribunal trucidatus est.)

401. (*Hunni subactis Dacia & Sarmatia. Pannoniam petunt, quorum 125. millia cæsi sunt: Alarichus per Tridentinum saltum descendens obvia quæq; Alpina oppida primo impetu cepit. Hinc usque ad Tempora Caroli Magni pace non gavisa est Italia.*

402. (*Stilico addicto è Rhætia exercitu, Alaricum memorabili strage profligat & ejicit. lege Prudent lib 2. adv. Symmach resp. 5.*)

Stilico, ejusdem animi, *Francos, Suevos* ac *Alemannos* ad arma concitat, (jussu Honorij occisus.)

(*Alaricus*, rex *Gothorum*, petit ab Honorio & accipit sedem in *Gallia* contra irrumpentes *Francos. Honorius* pa-

ANNI Christi. — RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

thodoxos crudeliter persequŭtur. Gratianus autem postea qui ab Arianorŭ dogmate alienissimus Episcopos à Valente relegatos exilio exemit)

Macedonius hæreticus vivit.

381. *Synodus Oecumenica II. Constantinopolitana* celebratur.

(*Siricius*, Romanæ sedis episcop⁹, *primus in Occidente Ecclesiarum pastoribus conjugio interdicit.*

Collyridiani hæretici exoriŭtur.)

394. *Agapæ è templis sublata propter abusŭ.*)

396. (*Marcomannos convertit Ambrosius.*)

397. (*Apollinaristas ex Oriente pellit Arcadius.*)

401. (*Quies Ecclesiæ ex bellis Italia vehementer turbatur*)

405. (*Honorius Imper. Donatistas lege ita premit, ut pleriq; Hæresin ejurarent.*)

405. (*Pelagius*, professione monachus, natione, Scotus, semina doctrinæ suæ primum spargit in Occidente.)

(Vigilantius *itidem hæresin suam effundit.*)

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppoſuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
		cem illi datam non ſervat, immiſſo in Gothos Stilicone.		
	405.	(*Radagaiſus Scytha & religione Gentilis in Italiam irruptionem faciens trucidatur ab Honorio ad Fæſulos.*)		
	406.	Interea *Godegiſalus*, Vandalorum rex in Septentrione, cum *Alanis* & *Vandalis* invadit *Galliam*, mox *Hiſpaniam*. Hæc origo eſt *Vandalici Imperij in Hiſpania.*		
	409.	(*Turbata à morte Stiliconis omnia. Alaricus Romam obſidere conatur. Vandali Hiſpanias occupant. Deficiunt Britanni & Armorici.*) (*Atalus ab Alaricho creator Imperator contra Honorium, qui Atalo dimidium imperij offert.*)		
	410.	*Alaricus, Gothorum* rex, facta in *Italiam* irruptione, Romam obſidet, & capit, & incendio vaſtat.		
	410.	(*Vandali bis temporibus in Gallia caſi duce occiſo. Accitis dein ſociis annuente Honorio in Hiſpanias admiſſi, ipſi Bœticam Alani Luſitaniam occupant.*)		
	412.	(*Victorias plurimas de Maximo, Jovio, Sebaſtiano aliisq. refert Honorius Duce Conſtantio.*)		
	412.	*Ataulphus*, uxoris Alarici frater rex fit Gothorum. Is Honorij ſororem *Placidiam* uxorem ducit; cujus impulſu ab occupanda Italia & Roma abſtinet. Pacem cum eo facit *Honorius*, eique ſedem concedit in *Gallia Narbonenſi.*		
		(*Burgundionibus* ſedes in *Gallia* datur à *Conſtantio*, Honorij duce.		
	414.	(*Subigit Attalum Tyrannum in Gallia & rebelles Britones Imperator. Galli Treverim evertunt, & Brabantiam occupant.*) *Vandalis* ſedes in *Hiſpania* datur ab *Honorio* Imp.) *Ataulphus*, animi inquietus, ſuſpectumque habens *Honorium*, ê Gallia in *Hiſpaniam* concedit.		
	416.	Ibi iterum pacem facit cum *Honorio*, hortatu Placidiæ: ſed ideo à ſuis, bellum paci præferentibus, occiditur. Huic *Sigericus*, dein *Wallia* ſuccedunt. Hic pacem facit cum *Honorio*, ea lege,		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PVBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
		ut habeat in Hispaniam sedem, Vandalos nuper eam ingressos expulsurus.	419.	(*Turbatur Ecclesia Eulalio contra Bonifacium electo, mox rejecto.*)
	418.	Feliciter ibi pugnant cum *Vandalis*. Mox repetit ab Honorio veteres in Gallia sedes, *Narbonensem*que accipit *Galliam*. Inde in *Hispaniam* sæpe excurrit, invadens munitissimas civitates. Hoc *initium Gothici Imperij est in Gallia atq. Hispania.*	428.	(*Burgundiones christianã fidem amplexi, Hunorum mirandam stragem faciunt.*) (*Palladius ad prædicandum Scotis conversis, Evangelium mittitur.*)
		(Hoc tempore *Gallia* â trib⁹ populis possessa, *Romanis, Burgundionibus* & *Gothis*. *Romani* omnia tenuere â Rheno ad Ligerim, exceptis Aremoricis civitatibus, quarum aliquæ, usurpata libertate, defecerant: *Gothi* trans Ligerim totam possidebant Aquitaniã: *Burgundiones*, quicquid erat circa Rhodanum, Rhenum superiorem versus, paucis aliquot civitatibus in fide Romanorum persistentibus.		
		Hispaniam verò citeriorem partim *Gothi*, partim *Romani*; ulteriorem fere omnem *Vandali* cum socijs retinebant.)		
	419.	(*Sancita cum Visi-Gothis pax, Suevis, Vandalis & Alanis idem sed frustra petentibus.*)		
	420.	*Franci* interea *Pharamundum* regem creant. Hic proximas Germaniæ *Galliarum* oras invadit & obtinet. Hæc *origo est Francorum Imperij in Gallia.*		
		Lex Salica ab eodem conditur; qua sequior sexus ab administratione reipublicæ in æternum arcetur. (*Lege Auth. in Hist. univers. P. 343.*)		
	420.	(*Vandali Boëtica ejecti.*)		
	421.	*Isdegerdi Regi Persarum succedit Varanes filius, qui bello deinde Romanos petiit.*)		
	422.	(*Magna clade profligantur Romani à Vãdalis in Hispania.*)		
	423.	(*Vetustissima Bononiensium Academia à Theodosio juniore Imp. fundata & constituta. Quidam Johannes Orientis Imperium invadit.*)		
	424.	(*Nihil non tentat Johannes, repulsus ab Africa quam hoc ipso anno armis tentaverat.*)		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLVSTRIVM GENTIVM, eorum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, at iis se opposuere.	ANNI Christi	RES PVBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
THEODOSIUS II. & VALENTINIANUS III. imperant, ille in Oriente, hic in Occidente.	425.	*(Theodosium Imp. contra Scythas pugnātem cœlum prodigiosè juvat. Aspar divina ope Johannem, Æthiꝰ Gothos opprimit.)*		
	426.	*(Dux Bonifacius. Castinum Africam invadentem vincit.)*		
	428.	*Vandali* in Africam abeunt, relicta *Hispania;* partim â *Gothis* compulsi, partim â *Bonifacio*, Comite & præfecto Africæ, cui dissensiones erant cū *Castino*, militiæ item Romanæ duce, invitati. Hæc *origo* est *Vandalorū Imperij Africa.*		
	428.	*(Surgit novꝰ Tyrannꝰ* Attila, *ab Hunnis Rex designatus, qui Germanos sibi devinciens, Graciam populatur. Bonifacius Cæsari reconciliatur, & jam hostis Vandalorum ab his penè opprimitur.)*	431.	*Eutyches* & *Nestorius* hæretici florent. *Oecomenica synodꝰ III. Ephesina* adversus Nestorium celebratur.
	431.	*(Aspar in Africa â Vandalis vincitur.)*		
	434.	*(Tentant armis Imperium Visigothi & Burgundi, dum Aëtius Cæsari reconciliatus Francos avertit.)*	436.	*(Nestorius in exilium relegatꝰ a Theodosio miserè perit.)*
	435.	Omnes *Principū Cōstitutiones*, â Constantino usq; in hæc tempora factæ, in unum corpus rediguntur.	437.	(Graves hac secutaque tempestate calamitates orthodoxis in *Africa* ex *Vandalis*, Arianorum perfidiæ deditis oblatæ sūt.)
	435.	*(Pax cum Genserico & Vandalis composita est; & concessa iis ad habitandum per triennium in Africa portio ad urbem Hipponem. Domat Burgundiones Aëtius, quos Hunni paulò pòst omninò deleverunt.)*		
	436.	*(Gothi in Gallia pacis placita perturbant, pleraque municipia sedibus suis vicina occupant.)*		
	437.	*(Romani seditione in Gallia & Visigothorum armis vexantur.)*		
	438.	*(Turbant Imperium Barbari.)*		
	440.	*(Gensericus Siciliam cum classe aggreditur eamque graviter affligit & vastat; cognito autem adventu Sebastiani Ducis revertitur.)*		
	441.	*(Attila & Bleda fratres Hunnorum Reges transmissa Istro immensas Hunorum copias in Romani imperij fines traducunt, & castella in limitibus Istri ad tutellam Imperij posita delent. Hinc Hunnica bella omnium cruentissima.)*		
	442.	*(Magno exercitu Hunni Thraciam & Illyricum vastant; sed auro ab Imperatore aversi Valentinianus Imper. & Gensericus*		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI Christi

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

ANNI Christi

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

MARCIANUS in Oriente imperat.

pacis fœdus constituunt, & Africam certis spatiis inter se dividunt: Fuit pax illa necessaria magis quam utilis.)

443. *(Clodius Rex Francorum victoriis plurimis regnum suum dilatat.)*

444. *(Attila Bledam per insidias perimit, & fratricidio ad imperij culmen ascendit.)*

445 *(Turbatur seditione Byzantium cadentibus plurimis. Laborat eodem anno Roma peste & fame maximis.)*

446. *(Orbis ferè omnis grandi terræ motu concutitur. Theodosius pacem ab Attila auro redimit.)*

447. *(Liber Novellarum Constitutionũ Theodosii, quas ilis ad suum Codicem adjecit vo..., editur.)*

449. *Attila* cum *Hunnis* è *Pannonia* egressus, post *Thraciam* & *Macedoniam* vastatas, & pacem cum *Theodosio* factam,

450. rursus *Orientem* petit; dein *Occidentem* & *Galliam* invadit. *(Burgundos etiam quingentorum millium exercitũ concidit.)*

452. *Attila* cum *Hunnis* vincitur (ab *Aëtio* patricio, adjuvantibus *Theodorico* Visigothorum, & *Meroveo* Francorum regibus) in campis Catalaunicis.

452. *Attila* victus redit in *Pannoniam*; reparat vires; *Italiam* invadit; & agris multis oppidisque vastatis, facta tandem pace, discedit.

Dum Romani barbarorum incursionib⁹ alibi distinentur, *Britanni* contra Scotos & Pictos frustra auxilijs imploratis, deficiunt à Romanis, in auxilium vocant *Anglos*, Saxonum populos. Hæc *origo* est *Anglo-Saxonũ imperij in Britannia.*

Angli imperium ibi invadunt. Hæc *origo* est *Britanniæ in duo regna, Anglorũ & Scotorum, divisæ.*

Britanni veteres, ab Anglo-Saxonibus sedibus suis expulsi, conferunt sese in *Aremoricam*, Galliæ provinciã. Hæc *origo* est *nominis celebris ditionis Britanniæ Aremoricæ in Gallia.*

Primis illis *Anglo-Saxonum* Principibus placuit Britanniæ ditiones à se occupatas in septem regna ac reges dividere. Hæc *origo* est *heptarchiæ seu*

(Gensericus enim Vandalorum Rex Africanus Episcopos, quos inter Arcadius Probus Paschasius, Eutychi⁹, sedib⁹ suis & urbe pepulit.)

448. *(Eutyches contra Nestorium scribens ipse cespitat.)*

449. *(Synodus Ephesina quæ & prædatoria dicta est sententiam pro Eutyche extorquens.)*

451. *Oecumenica synod⁹ IV. Chalcedonensis* celebratur. In ea *Eutyches* hæreticus damnatur.

(Pseudo Moses *iisdem temporibus in Creta Judæis promittit, freta ipsis fore pervia, persuadetque multis ut in aquas desiliant, qui omnes miserrimè perierunt. Regnantibus quoque iisdem Imperatoribus septem martyres è spelunca, in quam tyrannidem Decii fugientes concesserant, prodiisse dicuntur.)*

454. *(Severinus Monachus in Noricum seu Austriam venit & religionem Christianam propagavit.)*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
perant in Oriente.		*potestatem venit Vandalorum & ab hoc tempore parum Imperij vel majestatis, si veteram memoriam repetamus, habuit. Hac enim Vandalorum clade accepta paulatim concidere incipiens, non multo pòst cùm omnibus provincijs, Occidentis Imperij nomen & majestatem amisit.)*		
Interea MAJORIAN⁹, ANHTEMIUS aut Arthemius, SEVERUS aut Severianus, OLYBRIUS imperant in Occidente		*Gothi* è *Pannonia* expellunt *Hunnos:* qui in *Asiam*, undè venerant, revertuntur.	462.	(Mamertus *Presul Viennensis, cum urbs illa horrendo terræ motu laceraretur, Litanias diebus Rogationum decantandas instituit.)*
			463.	*(Hilarius Cyclum Paschalem novum confici curat.)*
	464.	*(Ricimer Alanos Italiam vexantes profligit. Evaricus Rex Gallias & Hispanias bello petit)*		
	465.	*(Severus Imperator moritur, veneno ut putatur, Ricimeris fraude peremtus. Interim Ricimer militia Dux magna armatus potentia Rempublicam administravit. Gensericus Alexandriam usq; omnia populatur*		
	466.	*(Ecdicius de Evarico Rege Gallias premente mirè triumphat. Vandali à Marcellino duce Sicilia pelluntur. Britanni à Scotis vincuntur)*		
Cum ſub prioribus Franciæ regibus ex veterum Germanorum more obſervatum fuiſſet, ut pro multitudine regiorum filiorum æqualibus portioinb⁹ Francici imperii ditiones dividerentur, in quas ſinguli abſolutã poteſtatem exercerent, eaque ratione Franciæ regnum multis modis etiam nunc m.nutum, multæque ejus ditiones à Corona avulſæ: *Capetus*, iudicans firmitatem Imperii ac maieſtatem iſtis partitionib⁹ infringi, inteſtiniſque bellis & cladibus regni vires atteri; primus regum auctor fuit, ut indiviſum Imperium primogenito, cæteris excluſis, traderetur. Hæc eſt *origo moris huncuſque diem obſervati, & Francici imperij amplitudinis in poſterum reſtituta & conſervata.*

993. (*Ingens Italiæ & Galliæ metus ob Veſuvii, & urbium incendia.*)

Sub Othone III. *Polonia & Hungariæ* Principes ab eodem Imperatore *Reges* dicuntur. — (*Stephanus in Hungaria Chriſtianiſmum recepit.*)

997. *Hiſtria & Dalmatia* in ditionem *Senatus populique Veneti* rediguntur.

Narentanorum caſtra, totaque ſimul regio latis vaſtationibus everſa ac diruta, & deletum cum ipſis oppidis pervicaciſſimæ gentis nomen.)

(*Victricia claſſe reverſus urſeolus ab effu-*

[Handwritten marginal note, left column:] Capetingi ex posteris Witekindi Sax. ducis orti, erant h. M. & h. Cap. qui Comitatum Parisiensem obtinuere, quorum ea fuere potestas, qua olim sub Merovingis, Majores domus & sub Carolingis Majores stabili. [illegible] Carolingis duo, Carol. dux Lotharing. & ipsius filius Otto, [illegible] duplici [illegible] regni [illegible] Capetus [illegible] hinc hodie Lotharingiæ duces veros Carol. M. successores ac legitimos regni Galliæ heredes, se jactant. Hinc [illegible] & florente Guisiorum potentia sub Henric. III. [illegible] editi fuere libri [illegible] in Gallia ob religionem & regnum 1560 gravissimi motus. vid. 1575. Sub his Capetingis & imprimis [illegible] Ludovic. XI. Comitiorum autoritas fuit abolita; [illegible] [illegible] Comitia [illegible] Aristocratiam [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] principibus [illegible] regni [illegible] [illegible] in [illegible] Parlamenta [illegible] sub Ludovic VII [illegible] non à populo, solo rege [illegible] [illegible] regni negotia [illegible] & legis dispendiarum [illegible] [illegible]

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
		ſa civitate veluti triumphans excipitur, decretumque à patribus, ut deinceps. Dux Venetus Dalmatiæ quoque nobiliſſimæ Provinciæ princeps appellaretur.		
	999.	(*Beroaldus Hugonis Ducis Saxon. filius Ottonis III. Imp. fratris propter occiſam Mariam Arragoniam Ottonis Avunculi Impudicam Conjugem Germania excedere coactus, Sabaudiam conſentientibus Boſone & Rudolpho Burgundiæ Regibus occupavit. ideo Duces Sabaudiæ gloriantur ſe origine Germanos adeoq; conſanguineos Ducum Saxoniæ eſſe, quo titulo aliquoties imperium affectarunt.*)		
	100.	*Garſiæ Tremuli*, Aragoniæ, Suprarbiæ & Pompelonis (id eſt Navarræ) regis, filio *Sanctio Majori* cum nupſiſſet *Elvira*, ſoror & hæres unica Garſiæ Caſtellæ Comitis, *caſtellanæ* quoque *opes* acceſſere)		
		(*Singularem quoq; illud in hoc Imperatore memoriam meretur, quod Papa territorium intra anguſtiores limites revocaverit, priſcis illis donationibus, ut vitio factis, ita è medio remotis, idque ex conſilio ipſius Sylveſtri II. Papæ.*)		
HENRICUS II. (Bavariæ Dux) alias *ſanctus* aut *Claudus*;	1001.	*Beroaldus Saxo* in *Burgundia Transjurana* contra latrones, qui eam dittonem invaſerant, proficiſcitur. Inde prim⁹ *Morienna comes* eſt inſtitutus. Ab hoc *origo* eſt *Sereniſſimorum Sabaudiæ Ducum*.		
	1003.	(*Heinricus Imper. Reges gentilium in interiori Germania, qui Windi dicuntur, tributarios ſibi fecit.*)		
	1004.	*Malcolmus*, Scotiæ rex, novo planè ac illuſtri exemplo univerſam *Scotiæ* regionem Nobilibus ſuis diſtribuit, inque feudum dat, nullarum rerũ proprietatem ſervans ſibi, niſi regiæ dignitatis, & Montis placiti, ſive ejus loci, in quo ſolennia regni comitia celebrabantur. Hac tamen lege, ut reges Scotiæ poſtea Tutores eſſent liberorum, quos impuberes, aut minorennes, vaſalli aut nobiles defuncti ſent relicturi. Hinc *origo juris per Scotiam atque Angliam, quo hodiè adhuc ta-*		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*ANNI Christi*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*ANNI Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
		lium liberorum tutelam habent, bonorumq; eorum administrationum.		
		(Belli Sacri in Palestina gerendi initia parantur.)		
	1005.	(Hac tempestate *bello Saracenico,* quod *quartum* â se gestum *Veneti* vocant, *Saraceni Italia* omni feliciter sunt ejecti.		
		(Imperator Apuliam & Calabriam Saracenis ereptam Imperio restituit; sed quod Normannis postea concessit, malè quieti Italiæ consuluit)		
		(Illustres inter Normannos fuerunt præ cæteris Guilielmus, Robertus & Rogerius Guiscardi fratres Germanni, à quibus clara post Ducum & Regum Normannorum in ulteriori Italia progenies propagata est.)		
	1006.	*Bambergensi* illustri in Germania *Comite* sine liberis defuncto, *Comitatus* in *Episcopatum* transfertur ac convertitur. Hæc *prima origo* hocque *primũ exemplum moris, quo præfecturæ seculares in Ecclesiasticas sunt commutatæ.* Est & hoc *initium celeberrimi episcopatus Bambergensis, qui plerosque Imperij Principes & Electores adhuc hodiè Vasallos habet.*		
		(*Sanctius Major,* moriturus opes suas omnes inter filios dividit; & primogenito quidem *Garsiæ* Pompelonis regnum; *Ferdinando* Castellæ ditiones; *Gundisalvo* regnum Suprarbiæ; *Ramiro* Aragoniæ tribuit. Ex Garsia sequentes *Pompelonis aut Navarræ reges;* ex Ferdinando *Castellani & Legionenses;* ex Ramiro, ad quē fratris Gundesalvi, sine prole extincti, regnum pervenit, *Aragonenses* descendunt.)		
		(Canutus II. Daniæ Rex, pulso Eduardo, Angliæ regnum obtinuit. Indeque sub quatuor Regibus Danis, ordine sibi succedentibus mansit.)		
	1020.	*Ferdinandus* rex *Castellæ*, prælio vincit *Veremundum Leonis* regem. *Garsiam* quoque *Navarræ* regem, fratrem suum occidit. *Valentiæ* etiam regnũ imperio suo adjecit. Hæc *origo* est *aucti in Hispania Castellæ regni, regnis Legionis, Navarra ac Valentia adjectis.*	1023.	*(Synodus Salingstadij nuptias certo tempore inter mittendas sancit.)*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
CONRADUS II. SALICUS;	1024.	Conradus *Burgundiæ* regnum *Imperio* ſubjicit.		
HENRICUS III. (Conradi F.) cognomento *Niger*;	1039.	*(Polonos & Hungaros debellat; sed in hoc minus probè consuluit Imperio, quod Marchiam Slesvicensem, quæ hactenus regni Germanici portio erat, Canuto Daniæ Regi dono dederit.)*		
		Turcæ ſedes ſuas promovent uſque in *Anteriorem Asiam*; plurimumque ſic decedit *Imperio Orientis.*		
	1040.	*(Pretislaus Moraviam à Polonis ad Bohemos transtulit.)*		
	1042.	*(Omnes Dani conspiratione Anglorum simul trucidantur & regnum restituitur Edvardo Confessori legitimo regi.)*		*Nova caussa* & quę in hanc uſque ætatem durat, oritur *schismatis* inter Eccleſias Græcas & Latinas, *de processione spiritus S.* diſſẽtientes.
	1044.	*(Hoc tempore vixit Guido Aretinus Monachus in Italia qui primus excogitavit Cãtandi rationem per: ut, re, mi, fa, sol, la. Inde versus:* ut relevet miſerum fatum ſolitosq; labores.		
	1052.	*(Abul quidem cognomine Texifius Origine Maurus, regnum occupavit in maritima Africa, Regniq. Marochij & Fessa in Mauritania, hodieq. celebris, quasi primus autor fuit.)*		*Jejunantium*, & *Vallis Umbrosæ*, aliorumque rigidiorũ vitam agentium *monachorum* Ordines paſſim in Occidente naſcuntur Priſtini enim Ordines ob luxuriã male audibant.
		(Uratislavia inter cæteras Silesiæ urbes ab hoc tempore caput extollere cœpit.)		
		Turcæ, cognita *Saracenorum* ignavia, eos bello aggrediutnur, *Persiam*que ac *Babylonem* invadunt. Hic *iterum occasus* eſt *Persarum imperij in Oriente.*		
HENRICUS IV. (filius Henrici III. quinquaginta annorum potentia, & bellis plurimis, motibusque graviſſimis, quibuscum colluctatus eſt, celebris;)	1056.	*Norvvegi*, Septentrionis populi, repudiato *Olao* rege, ad obtinendam regiam dignitatem *Canutum*, Daniæ regem, vocant. Sic *Norvvegicum regnum cum Danico primum conjungitur, sed iterum divellendum.*		*Dominicus* floret, fœcundus monachorum pater in Occidente.
			1058.	*Nicolaus II.* Papa conſtituit, *ut penes solos Cardinales eligendi Pontificis in posterum sit auctoritas.* Hæc eſt *origo dignationis & potestatis Cardinalatus Romani.*
	1059.	*Normanni Calabria* omni & *Apulia* expellunt *Græcos*, & mox *Sicilia Saracenos*, ac paullo poſt *Neapoli Græcos*. Hæc *origo est celeberrimi imperij Normannorum in Apulia, Calabria, Sicilia, adeoque omni pæne Magna Græcia.*		
	1064.	*(Normanniæ Dux Wilhelmus* creatur Rex Angliæ.)*	1059.	*(Certamen Berengarianum huius temporis.)*

Edvardus Alex-

Normanni, sub Wilhelmo Con-
questore 1066. Angliam occu-
pantes, Gallis terrori esse coepe-
re: ipsorum cum Normannia du-
catum tenuerunt. Philipp. I.
primum contra eos fecit bellum, quod
deinceps sub Ludov. VI. exarsit,
interque laboravit inter utriusque
populos exorta. Ab hoc per quinque
secula l. aemulum bellum l. confide-
rat fere fuit, Gallorum damno
conjunctum. An. 1336. re-
crudiit inter Philipp. Valesium
et Edoard. III. ille audiit mer-
cator Salis, hic — Lanae,
titulus belli fuit Lex Salica
ab Anglo negata. Utriusque
gladio demum sopitum,
1420.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
CONRADUS II. SALICUS;	1024.	Conradus *Burgundiæ* regnum *Imperio* ſubjicit. (*Polonos & Hungaros debellat; sed in hoc minus probè conſuluit Imperio, quod Marchiam Slesvicenſem, quæ hactenus regni Germanici portio erat, Canuto Daniæ Regi dono dederit.*)		
HENRICUS III. (Conradi F.) cognomento *Niger*;	1039.	*Turcæ* ſedes ſuas promovent uſque in *Anteriorem Asiam*; plurimumque ſic decedit *Imperio Orientis*.		
	1040.	(*Pretislaus Moraviam à Polonis ad Bohemos tranſtulit.*)		
	1042.	(*Omnes Dani conſpiratione Anglorum ſimul trucidantur & regnum reſtituitur Edvardo Confeſſori legitimo regi.*)		*Nova cauſſa* & quę in hanc uſque ætatem durat, oritur *ſchiſmatis* inter Ecclesias Græcas & Latinas, *de processione spiritus S.* diſſētientes.
	1044.	(*Hoc tempore vixit Guido Aretinus Monachus in Italia qui primus excogitavit Cãtandi rationem per: ut, re, mi, fa, ſol, la. Inde versus*: ut relevet miſerum fatum ſolitosq; labores.		
	1052.	(*Abul quidem cognomine Texifius Origine Maurus, regnum occupavit in maritima Africa, Regniq. Marochij & Feſſæ in Mauritania, hodieq. celebris, quaſi primus autor fuit.*) (*Uratislavia inter cæteras Silesiæ urbes ab hoc tempore caput extollere capit.*) *Turcæ* cognita *Saracenorum* ignavia, eos bello aggrediutnur, *Perſiam*que ac *Babylonem* invadunt. Hic *iterum occaſus* eſt *Perſarum imperij in Oriente*.		*Jejunantium*, & *Vallis Umbroſæ*, aliorumque rigidiorē vitam agentium *monachorum* Ordines paſſim in Occidente naſcuntur Priſtini enim Ordines ob luxuriã male audibant.
HENRICUS IV. (filius Henrici III. quinquaginta annorum potentia, & bellis plurimis, motibusque graviſſimis, quibuscum colluctatus eſt, celebris;)	1056.	Norvegi, Septentrionis populi, repudiato *Olao* rege, ad obtinendam regiam dignitatem *Canutum*, Daniæ regem, vocant. Sic *Norvegicum regnum cum Danico primum conjungitur, ſed iterum divellendum.* 1380.		*Dominicus* floret, fœcundus monachorum pater in Occidente.
			1058.	*Nicolaus II.* Papa conſtituit, *ut penes ſolos Cardinales eligendi Pontificis in poſterum ſit auctoritas.* Hæc eſt *origo dignationis & poteſtatis Cardinalatus Romani.*
	1059.	*Normanni Calabria* omni & *Apulia* expellunt *Græcos*, & mox *Sicilia Saracenos*, ac paullo poſt *Neapoli Græcos*. Hæc *origo eſt celeberrimi imperij Normannorum in Apulia, Calabria, Sicilia, adeoque omni pæne Magna Græcia.*	1059.	(*Certamen Berengarianum huius temporis.*)
	1064.	(*Normanniæ Dux Wilhelmus* * *creatur Rex Angliæ.*)		

Normanni sub Wilhelmo Con-
questore 1066. Angliam adspi-
rantes, Gallis terrori esse coepe-
runt: Insuper cum Normanniae du-
catum tenerent. Philipp. I.
primus contra eos fecit bellum quod
diutius sub Ludov. VI. exarsit
interque hereditarium inter utriusque
Reges exorta. Ab hoc per quinque
secula bellum + infida
pax semper fuit, Gallorum damno
conjunctum. Ao. 1336. re-
crudit inter Philipp. Valesium
& Eduard. III. ille dedit mer-
cator Salis, hic — Lanae.
Stimulus belli fuit Lex Salica
ab Anglo negata. Utrinque
gladio demum sopitur.
1420.

1069. Mechtilda, defuncto patre, [illegible] Longobardiae, Burgundiae, Helvetiae, Sabaudiae haeres, [illegible] bonis [illegible] [illegible] ingentia praesidia [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], Episcopis [illegible] [illegible] Guelpho [illegible] [illegible]. [illegible]

[illegible] egimus; [illegible] [illegible] paulo post [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible]. NB. Tor. NB. Dellas.

Bohemi [illegible] [illegible]. Hagecius in descriptione Bohem. f. 171.

MONARCHIA QUARTA *ſive* ROMANORUM

ANNI Chriſti	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.
1066.	*Eduardus*, *Angliæ* rex, expulſus *Guilielmum Normanniæ* ducem, ſi ejus auxiliis ac virtute reſtituatur, hæredem Anglici regni inſtituit. Hac lege reſtitutus eſt Eduardus, ac, liberis non relictis, deceſſit, & Guilielmus Normannus regnum tenuit. Hic *occaſus* eſt *Anglici regni in Britannia*, inque ea *initium imperii Normannorum.*
1066.	(*Anglia ad Normannos pervenit.*)
1074.	(*Initium controverſiæ inter archi Epiſcopum & urbem Colonienſem.*)
	(Eodem hoc año *Sigefridus Moguntinus* & *Guntberus Babenbergenſes*, & *Otho Ratisbonenſis*, & *Guilſemus Trajectenſis* epiſcopi, multo cum ſuorum comitatu ex Germania, ſtudio videndi *terram ſanctam*, inprimis *Hieroſolymam*, & proxima Hieroſolymæ, pergrinabantur. *Ex iis initiis deinde quaſi natæ ſunt celebres illæ Chriſtianorum in Europa Principum expeditiones, quibus ſtudium id unicum erat, armata manu terram ſanctã recuperandi, & Chriſtiano nomine planè indignum videbatur, eas regiones a barbaris & chriſtianorum hoſtibus poſſideri.*)
1076.	(*Romana Reſpublica & Eccleſia miſere ex eo turbantur, quod Gregorius Anathema denunciarat Henrico & Rodolphum ei ſurrogarat.*)
	Turcæ, regnante in Oriente *Conſtantino Duca*, ad Conſtantinopolin uſque progrediuntur, & *Aſia verſus Pontum.* Hæc ditio *Turcomannia* ab ijs dicitur, in eaque figunt primam regni ſedẽ, primuſque eorum rex *Sados* nomine cognoſcitur.
1086.	*Principum Tartarorum origo exponente Marco paulo Veneto & Haithone Armenio.*)
	Regnum Toletanum in Hiſpania *Saracenis* eripitur, & *Caſtellæ* accedit. Sic *caſtellæ Princeps augent ſenſim dominationem.*
	Apud Toletanos poſt Saracenorum irruptiones epiſcopatus prim⁹ reſtituitur. Inde *Archiepiſcopi Toletani* hodieque *in Hiſpania* eſt *primatus.*
1091.	(*Numerus ingens Principum turbatis his temporibus cuculium amplectitur.*)

ANNI Chriſti.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ.
	Alexander II. Papa inſtituit, *ne Eccleſiaſtica beneficia, quæcunq; tandem illa ſint, à Laicis accipiantur.*
1074.	(*Schiſma ortum propter Sacerdotum matrimonia à Papa inhibita.*)
	Gregorius VII. Põtif. excoñunicat *Henricum*, ſubditosque omnes ſoluit juramento fidelitatis. Hæc *origo prima* eſt *ſummorum Pontificum auctoritatis in ipſos Cæſares uſurpatæ, plurimarũ que in Eccleſia & Imperio calamitatum.*
	Cœlibatus perpetuus *Clero* indicitur.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

1098. (*Otbertus Leodiensis à Gotbefrido duce Lotbariæ emit Ducatum Bullion pro 1500. Marcis.*)

1099. *Vratislaus*, Ducum Bohemiæ vigesimus, *rex Bohemiæ* creatur ab Henrico Moguntiæ in Comitijs. *Sed nec frater ejus, qui successit, nec filij deinde regium titulum usurparunt.* (*Plerique tradunt Wratislaum coronatum Regem Pragæ ab Engelberto Archi Episcopo Trevirensi d. 16. Maij 1087.*)

Godefridus Bulionæus, dux expeditionis in terram sanctã, præter alia expugnat *Hierosolymam*. Ibi â suis *rex* salutatur. Hoc *initium* est *regni Hierosolymitani.*

Occasione expeditonis hujus 1. incredibilis *Iudæorum* multitudo per omnem Europam est occisa. 2. Ordo celeberrimus *Equitum S. Sepulchri* inprimis eluxit, eique Nobilium Europæorum multi sese dedere.

Turcæ â *Saracenis*, terram sanctam obtinentibus, contra Christianos in auxilium vocati sunt ea lege, ut pacati tenerent, quæ Saracenorum aliis hactenus eripuerant. Hæc *occasio* est *Mahumetanæ religionis inter Turcas propagatæ, eorumque imperij in Oriente stabiliti.*

Veneti magna classe auxilio sunt Christianis in expeditionem sacram euntibus. *Hac via Venetis aperiuntur commercia Orientis.*

Iidem, missis ad *Alexium* Constantinopolitanum Imp. legatis, impetrant ut *Dalmatia & Croatia*, latronum ex manibus vindicatæ, maneant perpetuo in Venetorum potestate. Hæc *origo* est *in Dalmatia imperii Venetorum, quod hodièque durat.*

Temporibus Heinrici IV. *regnum Marochense* initium cepit, in *Africa Saracenis* ejectis.

Sub eodem Imperatore celebriores, maritimæ, imprimis, *Italiæ civitates* accipiunt aut invadunt creandorum sibi *Consulum* ac *Prefectorum* potestatem, ac maritimæ militiæ se

ANNI Christi.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

1096. *Urbanus II.* Pontifex in *Concilio Claramontano* decernit *expeditionem in terram sanctam.* Hæc origo est.

1. *Aucta Pontificis Rom. auctoritatis in Occidente.*

2. *Attrita Cesarum Principumque potentia.*

3. *Exstincta Nobilitatis aut redacta ad paupertatem.*

4. *Aucta opulentia hominum Ecclesiasticorum.*

1102. (*Xenodochia & Hospitalia primi extruunt Benedictini.*)

1103. *Hospitaliorum* ordo in *terra sancta* instituitur.

1104. (*Clunicacenses in Persia, Armenia & Æthiopia christianã fidem promovisse dicuntur.*)

à Seculo post Xstum XI. Imperium nostrum magnis motibus est concuss[um]

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*ANNI Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	*ANNI Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
		dant contra proximos *Saracenos*, maritimisque commercijs. Hæc *origo* eſt *libertatis ac ſingularis imperij majorũ Italiæ civitatum, ut Genuenſis, Mediolanenſis, Piſana, & Florentina.* *Præfecti* quoque *civitatum & ditiuncularum* in *interiore Italia* poſitarum, occaſione diſſentientium Pontificum & Imperatoris invadunt & occupant ibi *principatum; ut Capua, Verona*, &c. Hæc *origo* eſt *tot minorum regulorum & principum Italiæ.* Circa hæc tempora *Islandia* ſubjicit ſeſe *Norvvegorum* regi. Hæc *origo* eſt *imperij, quod à Danorũ regibus etiamnunc ibi exercetur.* *(Scoti Angliam vaſtant. Boleslaus Audax R. Polon. Ruſſiam ſibi vectigalem fecit.)* *Principes Christiani* in *Orientem* profecti multa victoria contra *Saracenos* viſi, victas ditiones inter ſeſe partiuntur. Hæc *origo* eſt *tot principatuum ac Comitatuum in Oriente, quorum in horum temporum hiſtoria auctores meminerunt.*		*Canonici regulares & Carthuſiani monachi* inſtituuntur. *(Primus Hildebrãdus Pontif. decernit Orbis totius caput ſe eſſe, ac habere poteſtatem conſtituendi & abrogandi Imperatores.)* Gregor VII *(Livonia Chriſtianiſmum recipit.)*
HENRICUS V. Henrici IV. F. (impius in patrem & immitis filiꝰ: nam Põtificum inſtinctu patrem imperio exuit.)	1106.	*Principes Comitesque Chriſtiani* in *Oriente* graviter inter ſe diſſentiunt. *Inde tunc & ſecutis temporibus graviſſimum impedimentum oblatum eſt promovendis Chriſtianorum rebus contra Turcas & Saracenos.*	1106.	Frequens nunc fama eſt inter Chriſtianos, *futurum ut brevi ſe prodat Antichriſtus.* Ita Baronius in Annalibus. *Paſchalis* Papa ab *Henrico quinto V.* cogitur ad permittendam Imperatori & Imperio, ejuſque Principibꝰ *inveſtituram clericorum.*
	1112.	*Alphonſus* primus *Portugalliæ* rex cõſtituitur, ſua ac patris ſui fortuna ac virtute *Saracenis* ac *Mauris* undiq; ex ea ejectis. *(Regnum in Anglia à Normannis ad Francos Bleſenſes Comites transfertur.)*		Ordines *Templariorum, Equitum Mariæ Magdalenæ, Equitum S. Lazari, Equitum S. Joannis,* & *Equitum Teutonicorũ* inſtituuntur.
	1115.	*Boleslaus Poloniæ* rex, feliciter *Boruſſiam* capit. Hinc *origo juriſq; quo in Boruſſiam, ut Poloniei imperii feudum, reges Poloniæ utuntur.* *(Comitatus de Marca & de monte inſtituitur.)*		*Papa Rom.* ab excommunicato *Im-*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

Lotharius II. Saxo;

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, at iis se opposuere.

1125. Per *Longobardos* & *Francos* multi barbari mores acritus in Occidentis Imperium irrepserant. A *Lothario* autem leges ac judicia fori Romani passim instituuntur. Hæc *origo* est *Romani Juris in Occidentis Imperio exculti restituti ac recepti.*

1126. (*Lotharius Provinciam Misnensem concedit Conrado Wettini Comiti, cuj9 posteritas rerum hodiè potitur & à Witichindo auspicatam ducit Originem.*)

Jure illo civili Romanorum reposito, cum imminutam auctoritatem suam intelligerent *Pontifices Romani*, *Gratiano* monacho in mandatis dant, ut congerat Pontificum superiorum decreta & canones synodorũ, & Decreta Principum pro Pontificum auctoritate. Hæc *origo* est *Canonici Juris, quo hodiè Romana ecclesia affectæ utuntur.*

At ex diverso illo Jure natæ mox sunt atrocissimę factiones *Gibellinorum* & *Guelphorum:* quorum illi Imperatoris Romani, hi Pontificis jus ac dignitatem tuentur.

Ludovicus Barbatus, Comes Thuringiæ, novo titulo auctus, *Landgravius Hassiæ* nominatur. Hæc *origo Landgraviorum Hassiæ* est *in Germania.*

(*Canutus dux Slesvvicensis fit, Rex Vandalorum Abdal Mumen ex Ludi magistro Pontifex & Imperator in Africa creatur.*)

1130. *Rogerius Normannus*, primus *Siciliæ rex* & *Neapoleos* dicitur ab *Anacleto II.* Papa Romano. Hæc *origo* est *regij nominis in Neapolin & Siciliam invecti.*

(*Boleslaus Poloniæ R. cum 47. secundo Marte prælia confecisset, in Russio bello inferiores fert.*)

Imperante Lothario II. iterum *expeditio in terram sanctam* suscepta est, in qua *Francorum* & *Venetorum*, illorum tamen maximè, virtus eluxit.

Dominicus Michaëlus, in ea expeditione dux Venetorum, deficiente stipendio, primus invenit *monetam ex corio* conficiendi rationem, publica insignitam nota, pro qua domi aurea

ANNI Christi.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

peratore obtinet tandem sibi solennibus literis *Investituram Clericorum.* Hæc *origo* est *plurimarum in Imperio sequentium calamitatum.*

1124. (*Dania Norvvegia itemque Pomerania ad Christianismum conversa.*)

1125. (*Lotharius* Pontifici Romano, ut tunc tempora erant, plurimum indulgendo, plurimum & Ecclesię & Imperio detrahit, & *monarchiam Pontificum Romanorum* ambitione occupatam magnis incrementis auget.)

(*Bernhardus 160. Monasteriorum autor.*)

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

CONRADUS III. SVEVUS;

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.

aut argentea æquivalens redderetur. *Origo moris ſæpius dein in militia, & utiliter, uſurpati.*

1138. *(Imperator poſtquam urbes Noribergam & Lubecam exornavit, gradum iis ſtruxiſſe fertur ad eam majeſtatem quam hodiè præſeferunt.)*

(Abdalla Elmobadi Ludi magiſter ſpecie religionis reformandæ comparata manu Abrahamum Feſſæ & Marocci Regem prælio ſuperat, & ſe in locum ejus ſubſtituit.)

(Extincto Regum nomine in Cambria Principes ſucceſſerunt.)

1142. *(Albertus Urſus qui Marchiam Brandeb. à Conr. III. impetrarat à Friderico Imper. March. Brandeb. inauguratur.)*

(Idem ex Germania inferiori præſertim Flandria Friſia Hollandia, Weſtphalia colonos in Marchiam bellis Vandalicis exhauſtā duxit. Et Saxonia & Marchia omnem ferè humanitatem debet.

1145. (*Ramirus II. Aragoniæ* rex, filia *Petronella* elocata Raimundo Comiti Barcinonenſi, ſceptro relicto, ſponte ad cucullam redit. Cum quo *finem habuit poſteritas maſcula Sancii Avarca, primi Aragonum regis.*)

1147. *(Angli Flandri & Lotharingi, inſtructa Ducentarum propè navium claſſe, in Galliciam navigarunt, ubi auxilio Alphonſi Regis Luſitaniæ Uliſſiponem urbem de Saracenis ceperunt, in qua mox Archi Epiſcopatum Alphonſus inſtituit, illique ſex alias domitas civitates ſubdidit.)*

(Ingens hoc tempore Cæſaris Regumque Chriſtianorum expeditio in Syriam fraude Emmanuellis Imp. Græc. qui farinæ Chriſtianis exhibendæ gypſum miſcuerat, irrita facta eſt.)

In *Boleſlai III. Poloniæ* regis, filios *Sileſia* dividitur. Hinc *origo Ducum Sileſiæ* eſt *in Germania.*

(Civitates & Principes Italiæ inter ſe digladiantur.)

(Imperante Conrado III. *ab Erico X.* cognomento *Sancto*. Svecorum rege, *Finlandiam*, quæ Ruſſis parere ſolebat, *Sveciæ* adjunctam ferunt.)

ANNI Chriſt.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

Ab *Innocentio* Papa, *monomachiæ*, ſive duella privata prohibentur.

1143. *Alcoranus* Mahumetiſtarum Latine vertitur, quo, cognitis abſurdis eorum opinionibus, occaſione Chriſtianarū expeditionum in terram ſanctam, melius refutari poſſint, & ad Evāgelij lucem vocari.

1145. *Cives Romani*, volentes reddi ſibi priſtinā imperij domi cōſtituendi formam, ab *Eugenio III.* Pontifice coguntur accipere in poſterum magiſtratus, quos Pontifex eſſet impoſiturus.

Idem *Eugenius* primo juſſit, ut in ſcholis publicis *Opus Decretorū* prælegeretur.

1152. *Petrus Lombard⁹* ſcribit *libros ſententiarum*. Hi præleguntur ſacrorū candidatis, hiſque cognitis promoventur ad ſacras dignitates. Hæc *origo* eſt *graduum Doctoratus, Licentiæ atque aliorum, qui ho-*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*Ann. Christi*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*Anni Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

eoque ad posteros transmittendo, donatur.)

1180. (*Bernhardus II. Alberti Ursi Principis Anhaltini filius, exauctorato Heinrico Leone, Saxoniæ Dux creatur. Hic subegit Wittenbergam & ditionem Electoratus.*)

1182. (*Lubeca ad Imperij societatem suscipitur.*)

1184. (*Cum Fridericus primus Curiam Moguntiæ haberet, Abbas Fuldensis prætendit sibi deberi sedem ad latus sinistrum Electoris, quod occupaverat Coloniensis cumque res ad arma spectaret Imperator pro Coloniensi sententiam dixit, salvo tamen jure Fuldensis.*)

Saladinus Saracenus, Ægypto præfectus, emit adolescentulos plurimos â *Circassis*, eorũ virtute contra Christianos usurus. Hi *Mamluchi* sunt dicti. *Ex iis autem postea creati sũt Ægypti reges.*

1186. (*Livonia fidẽ Christianam admisit.*)

(*Cives Longobardici, bonis & facultatibus cunctis exuti Ordinem Humiliatorum prodiderunt.*)

1187. *Saladinus* idem vincit *Guidonem regem Hierosolymitanum*, & urbem capit. Atque hic *occasus* est *regni Hierosolymitani Christianorum*.

Eodem anno *Tartari* per *Sarmatiam* & *Scythiam Europæam* ac *Asiaticam* dispersi ac diu vagati, Bulgarorum Imperio plerumque obnoxii, eligunt sibi *Cinchin* nomine regem, cui *Magni Chami* faciunt cognomentum. Atque hæc est *origo regni latissimè exporrecti magnorum Chamorum sive Tartarorum*.


1189. (*Capit ordo Teutonicus hospitalis S. Mariæ in Jerusalem prim⁹ Magister Heinricus Walpot. Atq. hinc est ordo Teutonicorum Dominorum in Prussia, qui se Marianos vocant.*)

Friderico Barbarossa sub vitæ finem meditante *expeditionem in terram sanctam*, multæ *Germaniæ civitates* redimũt pecunia â dominis in expeditionem cum Cæsare profecturis, quib⁹ parebant, pluscculũ libertatis. Atque hæc est *origo multarum liberarum civitatum Imperij Germanici.*

1190.  (*Heinricus Leo solo æquavit oppidum Bardervvick è cujus ruderibus Lüneburga extructa dicitur.*)

In ea expeditione Imperatori regibusque alijs data est tessera â Pontifice Rom. quæ *Cruciata* nominabatur. Hæc *origo* est *prima symboli sive pomi, quod gestare hodièque manu in publicis solennitatibus Cæsares ac reges consvevere.*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
HENRICUS VI. cognomẽto *Asper.* Is uxorem habuit Rogerij Siciliæ regis filitm, & sic *regnum* accepit *Siciliæ ac Neapolis.* Atque hic *occasus* est *imperij Normannorum in Sicilia atque Apulia.*	1191.	(*Placentinus discipulus Irnerij primus Professionem juris in Galliam progavit.*)		(*Celestinus Papa Henrico se adoranti Coronam pede decutit.*)
	1192.	*Richardus Angliæ* rex *Cyprum* eripit *Saracenis.* Ab eo illam accipit *Guido Lusignanus*, qui & titulo erat *rex Hierosolymitanus. Ab ejus posteris ad Venetos tandem regnum Cypri est devolutum.* (*Veneti Jonij & Ægei maris insulas sibi subjiciunt.*)		
	1195.	*Aben-Josephus*, rex Maroccensis, cũ Mauris *Hispaniam* invadit, & Bæticam aliasque ditiones obtinet. Hæc *origo* est *diuturni imperij Maurorum in Bætica.*		
PHILIPP⁹, Barbarossæ F. frater Henrici VI.	1199.	(*Simon Monte fortis Gallorum Dux pactis cum Saracenis inducijs, Tyrum duntaxat & Ptolomaida in Christianorum potestate retinet.*)		*Dominicus* Hispanus floret, pater fœcund⁹ *monachorum Dominicanorũ*: cujus ordo institutus est contra *Waldenses.*
	1200.	(*Reges Abassiæ titulo Presbyterorum Johannis innotescunt.*)		
	1203.	(*Alexius Comnenus*, tyrannus Constantinopolitanorum, *Alexio* puero, Isaici Angli F. â *Francis* ac *Venetis* paternum in regnum restituto, fuga elapsus *Trapezuntem* se recipit, ibique *Trapezuntij Imperij fundamenta* jacit.) (*Alphonsus Castellæ & Petrus Arragoniæ Reges pulso Sanctio Vasconum Rege inter se regnum dividunt.*)	1203.	(*Innocentius quinque libros Decretalium legi in Scholis & ubique servari præcepit.*)
	1204.	*Franci* ac *Veneti*, in sacram expeditionem profecti, occasione dissentientium Constantinopolitanorum Principum capiunt *Constantinopolin.* Regem ibidem creant *Balduinum, Flandriæ Comitem.* Hæc *origo* est *Constantinopolitanorum imperii ad Occidentis Principes translati.* *Græci* nihilominus Occidentalibus Principibus subesse dedignantes, *Niceæ* figunt Imperij segem, & *Theodorũ Lascarem* creant *Imperatorem.* *Bonifacius*, Comes Montferratensis, *Cretam* â se captam donat *Venetis. Hæc origo* est *diuturni apud Venetos manentis Cretensis imperij.*		Pretio passim in *Gallia* conducũtur, qui deferant *Waldenses*, eorumq; sectatores. Hæc *origo prima* est *Inquisitionis fidei causa inter Christianos instituta.* *Biginarum* initium ad hæc etiam tempora est referendum.



MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

OTHO IV. (filius Henrici Leonis, ad imperium evectus opera *Innocentii III. Papæ*, à quo tamen mox imperio dejectus fuit.)

FRIDERIC⁹ II. (filius Henrici VI. nepos Friderici I.) Is uxorem habuit *Jolen*, Joannis Bregnæ, titularis Hierosolymitani regis, filiam unicam atq; hæredem. Inde Siciliæ reges qui nunc Hispani sunt, *Hierosolymorũ reges* vocantur.

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

1208. Sub initium imperij Othonis, *septem* tandem *Electores* sunt instituti, hac formula: *Imperatorum nullus hereditarium imperium vindicato. Principes sex, sacri ordinis, Moguntinus, Trevirensis & Coloniensis; profani totidem, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ & Marchio Brandenburgicus, quem volent, Imperatorem eligunto. Hi si discordes fuerint, regem Bohemiæ advocanto.*

(*Abdulacus familia Merinensis Fessæ regnum rapit & constituit.*)

(*Abrahamus Zachariæ Præfecti Tunetani in Africa filius, excusso Marochensium jugo, Rex Tunetanus salutatur, Hæc origo regni illius.*)

1210. *Waldemarus II.* Daniæ rex, cæptum ad Vistulæ exitum â Galdemaro I. *Danzvicum* perficit. Hæc *origo* est *celebris reipub. Dantisanæ.*

(*Wallia Anglorum Regi subjicitur, ipse Rex Angliæ à Pontifice excommunicatus se beneficiarium ejus profitetur.*)

(*Mereni Almohadas destruunt.*)

1213. (*Tartarorum ignota gens à Montibus Indiæ egressa non longè a Mæotide palude sedes posuit & Ruthenos prælio vicit eaque prima clades quam Rutheni à Tartaris acceperũt*)

1212. Friderico hoc imperante, & Duce apud Venetos Petro Ciano, indultũ civibus quibuslibet *Venetis*, privato impendio invadere *maritimas Græciæ civitates & maris mediterranei insulas*; quę occupatæ, ac sub clientela reipub. possessæ, ad occupantium hæredes transmittentur. Hæc *origo* est *principatuum ac dominorum, quæ privatorum & hereditaria facta sunt in repub. Venetorũ, ut & maritimi eorum imperii aucti maximè.*

1313. (*Hoc anno scribit Meyerus Alexandr. edidisse Grammaticam, cui titulum fecerit Doctrinale. Quod opus cum 300. propè annis habitum esset in pretio, ita viluit ap. Doctos nostro sæculo, ut hodiè raro exemplum eius conspiciatur.*)

1214. *Waldemaro II.* Daniæ regi, donantur â Cæsare *Vandalia, Nordalbingia, &*

ANNI Christi.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

Franciscus floret, pater monachorum. Soror illi fuit *clara*. Hinc *clarissæ* moniales.

Friderici auspiciis literarum amãtissimi Principis, *opera Aristotelis* è Græcia advecta, in *Romanam linguã* transferuntur. Hæc *origo* est *recepta in scholis Occidentis Philosophiæ Peripateticorum.*

Inquisitio fidei causa simul cum *Waldensibus* migrat in *Germaniam.*

MONARCHIA QUARTA *sive* **ROMANORUM**

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

quæ ultra Albim in Germaniæ solo Dani armis acquisivere, utque ea inter titulos Danorum regum essent, statuitur. Hæc *origo juris* est, *quod in ea loca semper hodièque Dani pretendunt.*

1218. Idem *Waldemarus Hamburgum*, â se jure bellum captum & arce munitũ, in feudum dat *Alberto Oerlemundano* Comiti, ea lege, *ut cum oppidanis ad obsequium regis semper esset paratus.* Hæc *origo* est *Danici dominii in Hamburgenses*

1220. (*Fridericus Imperator ut coronationis beneficium remuneraret Fundensem Comitatũ Ecclesiæ Romanæ perpetuo jure possidẽdum contulit & donavit.*)

1220. (*Privilegium consecrandi Reges Bohem. obtinuit ab Ottocaro & Wenceslao Regibus Moguntinus, sed paulo post auro illud Venditum.*)

1224. (*Arctissimo fœdere* Fraternum *nomen Francis cum Germanis commune & antiquissimum renovatur.*)

1225. *Conradus Masoviæ Dux* in *Polonia*, defendendæ ditioni impar contra Prutenos evocat *Crucigeros*, ea lege, *ut occupata in Borussia secũ partirentur.* Hæc *origo* est *Crucigerorum diuturni imperii in Borussia, ac infinitorum motuum multis annis exinde ortorum.*

1225. *Albertus Oerlemundanus* Comes *Hamburgum* â rege, Daniæ in feudum acceptum vendit, *Hamburgensibus.* Hæc *origo* est *hodièque pretensæ contra Danos Hamburgensium libertatis, plurimorumq; inde motuum & bellorum.*

(*Guillermus Parisiensis hoc anno prædicatione verbi mulierculas Parisiis è lupanaribus extraxit, iisque parisiis novam Domum filiarum DEI extruxit & inchoavit.*

1227. (*Accursius in universum Jus Glossas conscribit.*)

Fridericus Imp quia se submittere nolebat Juris Canonici dictatis, & Imperio quasdam Italiæ civitates vendicabat, â *Papa* excommunicatus est. Nihilominus invenit in *Italia* sectatores. Hæc *origo* est *Guelphorum ac Gibellinorum factionis in arma palam e-*

ANNI Christi.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* **RES SACRÆ.**

Ab *Innocentio* III. Pontifice rubro pileo *Cardinales* donantur.

Sub eodem dogma vexatissimũ hodièq; *Transsubstantiationis* inter articulos fidei habendum dècernitur.

1217. (*Ordo Teutonicus primam hoc anno expeditionem suscepit in Prussiam adversus Idololatras.*)

1218. [illegible] der Grafen von [illegible]
[illegible] abgestorben, [illegible] 3. graffen, so die
Landgrafschafft besessen, an sich [illegible].
Albrecht von [illegible], [illegible] Rudolph [illegible],
Albrecht von [illegible] u. Ludwig von [illegible],
so Grafen [illegible], [illegible] von [illegible]
[illegible] [illegible]. [illegible] von [illegible]
[illegible] von [illegible] [illegible] daß er [illegible]
[illegible] u. [illegible]
[illegible] Annam [illegible] gel. [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] von [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] Landgrafen in [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible]
[illegible]. Conrad [illegible] lib. i. ad hunc annum.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, at iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

rumpentis, & per tot annos Italiam pervastantis.

(*In Anglia etiam decretum fit de iure Canonico in publicis Regni Scholis non tradendo, quod majestatem Principum imminueret.*)

1228. *Fridericus Imp.* invitus, & cogente Pontifice *Gregorio IX.* abit in *expeditionem sacram.*

1229. Cum *Soldano Babylonio* ad decennium pacem facit, recuperat *Hierosolymam* paullo post amittendam, & *Hierosolymitanus rex* creatur, ideo paullo post à Pontifice excommunicandus.

1230. (*Raimundus Decretalium libros eo quo nunc sunt ordine digerit.*)

Fortunatus, rex *Aragoniæ*, insulam *Majorcam* & regnum eripit Mauris. Hæc *origo* est *Majorcani imperii per Aragonios penes Austriacos Hispaniæ reges hodièque manentis.*

1232. *Tartari* alij, ê Scythia egressi, *inferiorem Asiam, Parthiam, Mediam, Mesopotamiam* & *Chaldæam* invadunt.

1225. (Per *Blancam*, Sanctij V. Navarræ regis sororem, nuptam, *Theobaldo* Comiti Campaniensi, *regnum Navarræ* transfertur ad *Campanienses:* quorum primus fuit Blancæ F. Patri [illegible])

Crucigeri, redacta in potestatem *Borussia*, plurimas â Germania colonias eo deducunt. Hæc *origo* est *majoris cultus in Borussiam invecti.*

1236. *Corduba*, ac quinquennio post *Murcia*, & duodecennio post *Sevilia* Mauris eripiuntur, eaque regna *Castellæ regibus* accedunt. *Sic multis modis contrahitur Maurorum imperium in Hispania.*

1237. (*Academia Viennensis fundatur.*

1239. *Fridericus*, aut ejus auspiciis *Genuenses*, ê *Sardinia* expellunt *Saracenos*. Hæc *caussa* est *Friderici iterum excommunicandi.*)

1240. (Circa hunc annum in *Europam* infusi sunt *Tartari*, & primum in *Græciam* involarunt; sed inde pulsi ab Alexio, in *Russiam* & *Moscoviam* belli impetum converterunt.

1223. (*Episcopatus Pomeranensis in Prussia fundatur.*)

Equires Mariæ gloriosæ, alias *gaudentes* dicti, in *Italia* instituuntur.

Gregorius IX. magnā pecuniæ vim, in Ecclesiæ ærarium inferendam, imperat *Ecclesiasticis*, Hicum inopi-

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM.

ANNI Christi	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

Sequente anno, agmine tripartito, irruerunt in *Ungariam, Moscoviam, Poloniam* & *Silesiam*.

1242. Iidem *Tartari*, aut rebus partis servandis diffisi, aut de majore successu desperantes, vel præda & spoliis satis jam onusti, quibus gens inhiat, domum rediere.)

1244. *Mamluchi* cum *Turcomannis* circumveniunt per insidias *Elmitam*, Soldanũ Ægypti, eumque occidunt. Hæc *origo* est *Mamluchorum imperij in Ægypto.*

(*In Hispania Castellæ & Legionis regna ante 73. annos distracta sub Ferdinando post Henricum III. uniuntur*)

1245. *Ducibus Austriæ* tribuitur titulus *Archiducum* à Friderico.

Ab eodem *Brunsvvicensis* & *Luneburgensis Comitatus* ad *Ducatus* dignitatem evehuntur.

(*Albigenses in fines Bulgarorum Croatiæ & Dalmatiæ perveniunt.*)

Maritimæ ad mare Balthicum civitates, Danis hactenus obnoxiæ, nunc eorum imperij pertæsæ, Imperatoris imprimis auspiciis vindicant sese in libertatem, ac mutuo fœderi illigantur. Hæc *prima origo* est *celebris societatis Hanseaticarum civitatum*.

Flandrorum Comite Balduino ad Constantinopolitanum imperium admoto, *Flandris* via patefacta erat ad Orientis commercia. Inde nunc *Brugæ* Flandrorum celeberrimum totius Europę mercantium emporium habetur, *à Brugensibus tandem ad Antverpienses, ab his ad Amstelodamenses, penes quos nunc manet, rediturum.*

Rythmi, sive versus similiter desinentes, occasione Europæorum Orientem frequentantiũ in Occidentem invehuntur. Hæc *origo prima* est *poëseos per Europam hodiè usurpata.*

1247. (*Heinrico Thuringiæ Landgravio*, qui Conrado IV. Friderici II. filio, à Papa Innocentio IV. oppositus fuerat, ad Ulmam sagitta trajecto, Principes Imperij rerum summam, Pontifice ita disponente, deferunt ad *Guilielmum*


ANNI Christi	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

am pro se ferrent, ejusdem Pontificis callido consilio missi sunt in Galliam atq; Germaniam mercatores quidam Itali, strenuissimi fœneratores, quibus pignora, etiam sacra accipiendi, & mensas fœnebres exercendi, facta est potestas. Hæc *origo* est *prima Trapezitarum*, qui *Longobardi* vulgo dicuntur.

Sorbona illustris schola Theologica, sub *Ludovico IX.* sive Sancto, *Lutetiæ Parisiorum* instituitur.

1244. *S. Romani Imperij Electores* ab Innocentio IV. in *concilio Lugdunensi* institutos esse, à Baronio ac aliis frustra asseritur.

(*Græca Ecclesia & vicina ab obedientia Pontificis Romani planè recedunt.*)



MONARCHIA QUARTA *ſive* ROMANORUM	ANNI Chriſti.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI Chriſti.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ.

Hollandiæ Comitem, neglectis Friderici poſteris; eique, anno ſequenti, ſoleñi ritu Aquiſgrani imperium traditur: quod in magna rerum conturbatione adminiſtravit ſeptennium.)

(*Otto extruit arcem Delmenborſt.*)

(*Siffrid⁹ ſcribit, in Heinrico Haſſiæ Landgravio defuncto, defeciſſe Principes Thuringiæ, cujus poſſeſſio ad Marchiones Miſniæ translata ſit.*)

1250. (*Florentia ab Antonianis ſumma Poteſtate gubernatur.*)

INTERREGNUM uſque ad tempora Rudolphi Habsburgenſis.

1252. In imperio Occidentali velut ἀναρχία quædam eſt. Hac occaſione, ac ſpecie ſuſcipiendæ in terram ſanctam expeditionis, quidam in Germania novarum rerum avidi, colligunt ingentem vim hominum, qua collecta, omnia longè lateque populantur. Hæc *origo* eſt *Paſtorellorum irruptionis in Galliam*.

Alphonſus, Legionis & Caſtellæ rex, mathematicus inſignis, hoc anno *initium* dedit *celebri æra Alphoſina.*

(*Ab hoc etiam Alphonſo Hiſpaniarum Rege nomen acceperunt Tabulæ Alphonſinæ, eò quod ejus authoritate & mandato ſint concitæ.*)

1254. (*Ordo Carthuſienſium in perpetuum Carnium eſui renunciat.*)

1252. (*Ludovicus Rex Galliæ Sorbonam condit*)

Idem, die Jacobo ſacro, memorabili prælio Mauros cæcidit. Hæc *ergo* eſt *Jacobi & hodiè inter Hiſpanos tanta celebritate culti.*

(*Ulau, cham Bez Irac capta Bagded Calipharum Imperium exſcindit, Iconienſi regno fugato Giaſſadine II, duos ex regia Selzucciorum ſtirpe imponit.*)

(*Thomas de Aquino hoc ætate ſummam Theologiæ conſcribit in qua uſque hodiè deſudat omnis labor Scholaſticorum & imprimis Thomiſtarum.*)

1256. (Cum Imperij facies bellorum aſſiduitate admodum eſſet luctuoſa *Principes ad Rhenum*, facta tanquam præteritorum oblivione, omnia privata odia deponunt, & majore ſtudio de Imperij ſalute cõſultationes inſtituunt. Poſt longam deliberationum ſeriem, obtinuit ſententia illorum, qui volebant, exterum aliquem eſſe quærendum. Duo placuere, ex Anglia *Richardus Cornubiæ Comes* filius Joannis Anglorum regis: ex Hiſpania

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*ANNI Christi*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	*ANNI Christi*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ.
		Alphonſus Caſtellæ rex. Sed utrique res infeliciter ceſſit. Nam *Richardus* ob nimias largitiones pecunia exhauſtus, & à ſuis deſertus, ex deſperatione rediit in Angliam. *Alphonſus*, dum diſcordias Germaniæ & Italiæ intelligit, ſuiſque magis ſpeculationibus philoſophicis operam dat, cunctando cum Imperio ſuum quoque regnum amiſit, exutus eo domi á filio *Sanctio.*		*(Ordo Gladiferorum ex Livonia iungit ſe Ordini Cruciferorum in Pruſſia.)*
	1258.	*(Tartari omnem Perſiam ſibi ſubjiciunt.)*		
	1259.	Hactenus bella plurima ſunt inter *Gallos* & *Anglos* ob *Normanniæ* poſſeſſionem. Nunc autem initur pax hiſce conditionibus, *ut Anglus Gallo tradat Normanniam, à Gallo accipiat Aquitaniam, & eo nomine fidelitatem Gallo iuret.*		
	1262.	*Michaël Palæologus* occupat *Conſtantinopolin Balduino II* expulſo. Atq; hic *occaſus* eſt *Occidentalis imperij in Oriente.*		
		(Hugo Rex Cypri Rex Hieroſolymorum creatur.)		
	1264.	Conrado, filio Friderici exſtincto, *Conradinus*, ejus filius, affectat *imperium*, & adſpirat ad *regnum Siculum* ac *Neapolitanum.* Hic à *Manfredo*, notho Friderici, impeditur. *Pontifex* Manfredo ſe opponit ac *Carolo Andegavenſi*, è Gallia evocato, *Siciliam*, vi armorum Manfredo eripiendam, donat: quod feliciter ſuccedit. Hæc *origo* eſt *regni Gallorum in Sicilia & Neapoli*, atque *occaſus Suevorum in eodem imperio.*	1264.	*(Feſtum corporis Christi inſtituitur.)*
	1267.	*(Tartari Chinam potiuntur.)*		
	1268.	*Marchiones Miſniæ* & *Landgravii Haſſiæ* inter ſe ineunt fœdus de ſucceſſione mutua, ſi maſculi deeſſent hæredes. Hæc *origo* eſt *& exemplum primum pactorum hereditariorum inter Principes Germaniæ.*	1268.	*Ludovicus IX. Galliæ rex*, promulgat contra Pontificem Rom. *pragmaticam ſanctionem.* Hæc *origo* eſt *adeo celebratæ libertatis Eccleſiæ Gallicanæ.*
		Jacob Aben-Joſephus capit *Marochenſe regnum* & ſedem imperij *Feſſæ* figit. Hæc *origo* eſt *deficientis Marochenſis imperii, & Feſſani exorientis.*		*(Roma quoque ſedes vacat triennio.)*
		Ea occaſione *præfecti Tunetani* excutiunt Marochenſis jugum imperij. Hæc *origo* eſt *regni Tunetani, ob piraticam hodiè toti Europæ formidati.*		

… à Carolo Andegavensi victus ex fuga
…captus ex Clementis IV. sententia, qui
… <u>Conradini</u> mors Caroli: mors Conradini
… Caroli rescripserat, securi percutitur,
…onis & supplicium <u>Friderico</u> Austriaco
…it.
…ulta hoc fuit <u>Vesperae Siculae</u> an.
…1282. Loco una hora Siculorum conspi
…ratione omnes per totam Siciliam Galli
…to furore & odio nominis Gall. furere
…cati ut praegnantium etiam Gall. femi
…um ne quisquam excesse Gentis [illegible]
… uteros exciderint.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

RUDOLPHUS, Comes Habsburgensis, (Princeps haud dubie laudatissimus, & *Austriæ domus potentiæ quidam quasi pater & fundator*.)

ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

(*Per vicos & oppida ingens discurrit Caterva se flagellantium, culpæ veniam hoc pacto deprecans, exemplum & hodiè sunt, qui sequuntur in Papatu.*)

1270. Rebus ob *ἀναρχίαν* in Imperio turbatis, multi *Germaniæ Principes Quedlinburgi* conveniunt in æterna quædam fœdera de se non offendendis & injurijs aliorum mutuo auxilio propulsandis. Hæc *origo* est *sanctissimorum illorum fœderum, quibus quædam Principales familiæ hodie adhuc arctissimè inter se obstringuntur.*

1271. (*Speculum Juris & Rationale divinorũ operum à Speculatore Guilielmo Durando cõscribuntur.*)

1272. (*Johannes Semenca cognomento Teuto-*
1273. *nicus primus in decreta Gratiani conscribit.*)

1274. *Bononia*, civitatis Italiæ potentissima, subjicit se dominio *Pontificis Romani.*

(*Heinricus*, Theobaldi F. rex *Navarræ*, relicta filia unica *Joanna*, uxore *Philippi Pulchri*, post Galliæ regis, genero regnum reliquit.)

1277. *Nicolaus III.* Papa agitat *de duobus regnis novis in Italia constituendis*, altero in *Tuscia*, contra Gallos Siciliam & Neapolim tenentes altero in *Longobardia*, contra Germanicorum Cæsarum in Italiam irruptiones.

1278. Occasione interregni, in *Germania* multi Principes multa Imperij occupaverant: *Ottocarus* Bohemorum rex, *Austriam*. Repetit eam *Rudolphus*, & non receptam vi capit, & captam, cõsentientibus Imperij Principibus, filio *Alberto* tradit. Hæc *origo* est *potentissimorum Austriæ Archiducum ex familia Habsburgensi.*

Idem *Rudolphus* vendit Imperij jura celebrioribus quibusdam civitatibus Italiæ, ut *Lucensibus, Genuensibus* ac *Florentinis*. Hæc *origo* est *libertatis plenariæ illarum civitatum, & Imperij Germanici in Italia fatiscentis.*

Idem *exarchatum Ravennæ* & *Romandiolam* omnem vendit *Nicolao III. Papæ.*

(*Non de summa imperij autoritate sed*

ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

1272. (Circa hunc annum *Concilium Lugdunense II.* celebratum fuit, præside *Gregorio IX.* Hic *conclave*, & eundem fere in eligendo Pontifice modum, qui nunc observatur, & alia ad Conciave pertinentia decrevit. Nam ad illud usq; tempus Cardinales in Conciavi haudquaquam recludebantur, sed summo mane singulis diebus, si Romæ erant, in Laterano, vel in basilica S. Petri, aut alibi, prout occasio ferebat; si autem extra urbem, in ecclesia cathedrali illius loci, in quo morabantur, conveniebant.)

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM | *ANNI Christi* | RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere. | *ANNI Christi* | RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

utili tantum dominio in Romanam ſedem translato, hæc exponit Conringius.)

1282. *Galli* in *Sicilia* petulanter & proterve agunt. Inde una eademque veſpera omnes per Siciliam Galli trucidantur: ijsdemque ejectis, *Petrus Aragoniæ* rex, *Siciliæ rex* conſtituitur. Hic *occaſus* eſt *Gallorum*, *& origo Aragonum*, *& per hos Hiſpanorum in Siciliæ imperij.*

(Hamelenſes circa hæc tempora amiſiſſe dicuntur 130. pueros à mago quodam, obnegatam Mercedem, cum paulò ante mures fiſtulæ cantu urbe deduxiſſet, eductos. Hiſtoriam hanc alij eſſe auctumant, alij fabulam. Florentiæ bonis hominibus ſuffecti Priores Artium qui Rempublicam gubernabant.)

Philippus Pulcher, *Galliæ rex*, uxorem habet *Joannam Reginam Navarræ*. Hæc *origo* eſt *regni Navarreni cum Gallico conjuncti, ſed ab Hiſpano poſtea erepti.*

1286. *Alphonſus III. Aragoniæ & Siciliæ rex*, eripit Mauris *Minoricam*. Hæc *origo* eſt *Minoricani ad Aragonas*, *& per hos ad Hiſpanos translati.*

1287. *(Capitaneus dictus Gonfalonerius Florentiam regit.)*

1289. *(Opizo ex familia Ateſtina Ferrariam à Benedicto XII. Vicariatus nomine accepit, Mutinam quoque tenuit, & Papa quot annis decem millia aureorum beneficij loco tribuit.)*

(Exulant in Miſnia Fridericus & Diezmannus Marchiones.)

1291. *Soldanus Ægypti* (*Melach Saphoris*) eripit *Ptolemaidam* (arcem belli) Chriſtianis. Fugiunt *Chriſtiani*, & cauſam deſerunt in Oriente.

1292. ADOLPHUS Naſſovius; — Hic *finis* eſt *expeditionum in terram ſanctam, ſive bellorum quæ ſacra dicuntur.*

Adeo nunc *Eccleſiaſticorum* opes per Europam creſcunt, ut â pleriſq; Principib⁹ indictum ſit, *ne quis dein bona daret collegijs monachorũ, aut venderet ſine Principum conſenſu.*

1293. *Byrgerus*, Sveciæ rex, *Careliam*, ad mare glaciale jacentem, *Sveciæ* adjicit.)

1294. *Mediolani* in Inſubria Othonis epiſcopi Mediolanenſis frater (*Mattha⁹* qui ex magnitudine rerum geſtarũ *magnus* eſt appellatus) *Vicarius Mediolani* conſtituitur. Ab eo *origo* eſt *Me-*

Nunc etiam invaluit *mos palam offerenda peccatorum omnium remiſſionis*

1284 Les enfans de la ville de Hammeln en Vestphalie sont perdüez.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI *Christi*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
		diolanensiũ Vicecomitum, qui circumquaq; & latissimè & diutissimè sunt dominati.		*omnibus iis, qui episcopis contra Principes seculares essent militaturi.*
	1295.	(*Premislaus II. Polonis* Princeps, primus ex voluntate Ordinum suorum *regium titulum* ac diadema resumit, quo per annos circiter CCXXV. Poloni abstinuerant.)		(*Johannes Duns floret, à quo Scotistæ Thomistis hodièque contrarij*)
		Tartari in Oriente, desertis Christianorum sacris, *Mahumetismum* amplectuntur.		
		Sub *Tartaris* diu pressi *Turcæ*, assurgere non potuerant. Nunc demum rebellant, eosque graviter afflictos *Asia minore* expellunt.		
ALBERTUS Austricus (Rudolph: Filius.)	1298.	(*Tum Aladinus sine liberis obijsset Turcarum Proceres universum Imperium inter e diviserunt.*		
	1300.	*Hunchartorũ* regia sobole apud *Turcas* (cum *Molio* ultimo ejus familiæ rege, exstincto, imperium *minoris* inprimis *Asia* inter se præfecti partiuntur, idque in *satrapias septem* dividitur. Præfectorum unus *Ottomannus* fuit, qui mox potentia, opibus, multitudine hominum, eximiam quandam præ cæteris accepit dignationem, cæterosque velut obnoxios sibi reddidit. Hæc *origo* est *Turcici imperij in Ottomannica domo.*	1300.	*Bonifacium IIX.* Papam *Philippus Pulcher*, Galliæ rex capit, & captum in carcere occidit. Hæc *origo* est *caussa, ob quam Pontifices Rõ. in Gallia reges ex communicationis fulmine vix posterum sint grassati.*
		(*Jacobus Ravanus Lotharingus Ictus omnium primus ea, quæ à majoribus perspicuè & simpliciter tradita erant, ad dialecticum arguendi disputandive modum deduxit, quem & reliqui omnes ferè Icti secuti & imitati sunt.*)		
		(*In Italia eligunt sibi præcipuæ urbes suos Præfectos, Verona Scaligeros, Mantua Passerinos, Patavium Carrarienses. Factiones vehementer turbant Florentiam.*)		
		(*In Hollandia comitatus pervenit ad Comites Hannonienses.*)		
		(*Russia Nigra Poloniæ accedit.*)		
	1301.	*Usus magnetis* in navigando mari repertus est nunc in *Europa*. Hæc *occasio atque origo* est *promotarum mox ex Europa in alium orbem navigationum.*		
		Uladislaus Lecticus Gedanum amittit.)		
		Hungari ac *Bohemi*, exstincto anti-		

MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	An. Christi	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.
		quo priorum regum stemmate, & de aliis eligendis inter se discordes, multa domi factione committuntur. Hæc *origo est mali, atque caussa, ob quam exteris aliquamdiu paruere.*
HENRICUS VII. Lucemburgensis.	1308.	*Johannitæ Equites* vi armata Turcis *Rhodum* eripiunt. Hæc *origo est celebrium deinceps Equitum Rhodiorum.*
		(Imperator ingressus Italiam Brixiam evertit & Cremonæ mœnia disjecit. Mantuani igitur, Veronenses Patavini, Tarvisini, Veneti, Placentini se dederunt, & Senatus Populusq; Rom. omne jus summum Imperatorem contulit.)
		Cisalpinæ pleræque *civitates Italiæ* eligunt sibi *Principes*, in quorum posteros hæreditario jure imperium derivetur; ut *Verona, Mantua, Mutina*, &c.
		(Decrevit quoq; Imperator: Imperatorem Romanum non debere Pontifici juramentum præstare, cum res sit exempli insusitati: Dominum orbis terrarum servo servorum fidelitatis juramento obstringi.)
		In *Helvetia*, valide, nec ab uno, adflicta, contra injurias præsertim Austriacorum tres antiquiores pagi *Svitensium, Uraniorum*, & *Underwaldiorum* ineunt & solenni juramento confirmant *fœdus decennale*. Hæc sunt *prima ac tenuia initia fœderatæ ac florentissime Helvetiorum reipublicæ.*
		(Brussius Scotiæ Rex Anglos tota Scotia pellit.)
	1310.	*(Heinricus VII. Imp. Bertholdum Comitem creavit Principum Hennebergicum in Comitiis Francofurtanis.)*
	1311.	(A cæde Wenceslai, ultimi regum ac Principum sanguinis Bohemici, cum *regni Bohemiæ* fortuna incerta fluctuasset aliquandiu, tandem obvenit *Joanni Lucemburgensi*, filio Henrici VII. Imp. per nuptias cum Elisabetha, cæ. sorore, contractas: cujus virtute regnum ampliatum, *Silesia* tota ei adjecta.)
	1311.	*(Florentia Roberto Siciliæ Regi se subjicit.)*

An. Christi	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ
1300.	*(Sextus liber Decretalium publicatur.)*
1303.	Idem *Bonifacius* primus *Jubilæum* Romæ instituit, post singulorum sæculorum decursum celebrandum.
	(Hoc anno se quoque edixit Dominum in temporalibus & Spiritualibus in universo mundo, contradicunt Papæ in Lombardia Fratricelli.)
1305.	*Clemens V.* Bonifacio succedit. Hic (novo exemplo) transfert sedem Ecclesiæ Romanæ *Avenionem* in Galliam.
1307.	*(Anglica quædam virgo inaudita inventrix Hæreseos prodiit, Spirit. S. se esse affirmans, incarnatam in salutem sexus fæminei &c.)*
1311.	*Clemens V. Concilium* instituit *Viennæ* in Gallia. In eo editæ ac confirmatæ sunt Constitutiones, quæ *Clementinæ* dicuntur, & in Corpore Juris Canonici leguntur.

1308. imp. Alb. a Johanne fratris Rudolphi filio, suum juxta Vindisch, inter Baden & Rheinfeld fluvium Reuss, [illegible] transiret, Suevia Duce, Rudolpho item de Varth, Valter ab Eschenbach & Ulrich de Palm, Camerariis quos astu fuit interemptus.

„Königsfeld. dein [illegible].
„Vatter, [illegible]
[illegible].

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppoſuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
	1312.	(*Dux Georgius hoc anno ſedem tranſtulit in urbem Muſcovv.*) (*Moravia ſub Johanne Luzelburgico ad Regnum Bohemiæ redit.*) (*Electio Ludovici Ducis Bavariæ ad Imperium facta.*)		
LUDOVICUS Bavarus & FRIDERICUS Auſtriacus.	1314.	*Alphonſus* Aragonius *Sardiniam* capit, expulſis *Saracenis*. Hæc *origo Hiſpanorum in ea imperij, per Aragonicos ad eos devoluti.* (*Hoc anno vacarunt Imperium, Sedes Romana & Regnum Galliæ.*)		In eodem non modo Latinæ, ſed *Græca* etiam & *Hebræa literæ* ſacrorũ Candidatis diſcendæ imperantur. Hæc *origo* eſt *cultus Orientalium linguarum in Occidente.* In eodem *gradus Academici* in merentes conferendi varij dividuntur ac confirmantur.
	1316.	*Ludovicus Bavarus* laudat *Helvetiorũ* quorundam inſtitutum, utque fœd⁹ æternum ſit, concedit. Hac occaſione plurimæ nobiles Helvetiorum civitates cum trium pagorum fœderatis ſe conjungunt. Hæc *vera origo* eſt *confirmata jam Helvetiorum reipublicæ.*		
	1319.	(*Hoc anno, ſcribit Albertus Argentinenſis, Woldemaro Marchione Brandeburgenſi abſque liberis mortuo, Marchiam devolutam eſſe ad Imperium, eamq; Ludovicum Imperatorem tradidiſſe filio ſuo Primogenito.*) *Joanna*, Ludovici Huttini, Galliæ & Navarræ regis, filia unica, matrimonio juncta *Philippo Franco* Eburovici, nepoti Philippi Audacis, Galliæ regis ad eum dotale *Regnum Navarraum* affert.)		
	1321.	(*Turca Cherſoneſum occupant. Ludovicus Johanni Bohemorum Regi donavit Luſatiam.*)		
	1324.	(*Hiſpaniæ ſub Jacobo II. Sardinia accedit*)	1312.	Denique in eodem celeberrimus potentiſſ.m⁹que *Templariorum ordo* ad internecionem ubique exſcindendus condemnatur. Atq; hæc *origo* eſt *horrendæ cædis, qua una eadem que nocte omnes per Europam Templarij ſunt interfecti.*
	1327.	*Ottomannus*, primus Turcarum Imperator, capit *Pruſiam*, metropolim Bithyniæ in Aſia. *Hæc ſedes regia in poſterum eſt Turcici Imperij, donec à victoribus Conſtantinopolim tandem transferatur.* (*Dominicus Folgoſus primus dux Genuenſium.*) *Orchanes* Ottomanno patri defuncto ſuccedit, *Lydiam* domat, & plurima *Aſiæ minoris* oppida capit. (*In Italia Imperator civitatibus Procuratores dederat, Vicarios nomine, re autem terrarum Dominos. Principes viri paſſim per civitates dominatũ occupabant;*		

quibus Floren

MONARCHIA QUARTA *ſive* ROMANORUM	*Anni Chriſti.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiraverè, aut iis ſe oppoſuere.	*Anni Chriſti*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ.
		quibus deinde legitimam poteſtatem permiſit Benedictus XII. ut illorum auxilia contra Ludovicum parata haberet.) *(Ita Scaligeri Verona, Eſtenſes Ferraria, & Gonzaga Mantua conſederunt.)*		
	1332.	(*Lucernates* junguntſe *fœderi Helvetico.*) *Alphonſus*, *Caſtella* rex, *Joannem*, dictũ *Tuerto*, Biſcaiæ dominũ ſive regulum, ad convivium vocatum, immiſſis percuſſoribus, occidendum curat. Mortuum velut multorum ſcelerum reum damnat, ac omnem ejus ditionem in fiſcum agit. Sic *Biſcaia*, complexa tum LXXX. villas, partim arces, cum *Caſtella regno* conjungitur, & manet adhuc hodiè conjuncta. (Hac tempeſtate *primum bellum Turcicum*, & feliciter, à *Venetis* geri cœptum eſt.		Florent in Italia *Dantes Aligerius*, & *Franciſcus Petrarcha*, quorum, & quidẽ hujus, hic merito fit mentio, utpote primi literarum humaniorum in Occidente inſtauratoris poſt fœdã barbariem ſuperiorum ſæculorum.
	1333.	*Uladislaus Locticus*, *Polonie* rex, regnũ relinquit filio *Caſimiro Magno*, qui feliciſſimam *Ruſſia* partem armis ſubactam, Poloniæ conjungit.) (*Caſimirus I. Ruſſiam in Provinciam redigit.*)		
	1336.	*Veneti* ac *Florentini* cum *Mantuanis* adſpirantes ad totius Italiæ principatum, ineunt fœdus de atterenda potentia civitatum & Principum reliquorum. Hæc *origo* eſt *fracta plurimorum potentia*, *inprimis Scaligerorum Principum*, *quorum nunc pracipua erat dignatio in Italia.* (*Adolphus Leodienſi Loſſenſem comitatum adjecit.*) (*Ludovicus IV. Imp. in favorem ſua familia per transactionem Ticinenſem introducit alternationem inter Bavaros & Palatinos, ut Electoratus ab una familia ad alteram alternatim rediret; ſed eam ut iniquam iterum abrogavit Carolus IV. in aurea Bulla.*) (*Cuſtodia Sepulchri Chriſti Hieroſolymis à Sultano Ægyptio octo Franciſcanis committitur.*)	1338.	(*Lyranus cap. 9. Daniel ſcribit, ſe hoc anno correxiſſe poſtremo Poſtillas Bibliorũ.*)
	1338.	Adverſus vim in rebus Imperij à *Pontificibus Rom.* uſurpatam in oppido *Rhenenſi* ſolenne fit Cæſaris ac Princi-		

pum (*Franciſcus*

\+ hinc atrocs Gallor. ab Anglis ad Cr
in Picardia & apud Agencurtin acce
clades qby tota Gallor. potentia ab A
ita gfracta ut Henric. V. Angl. R.
so legitimo herede Carolo Delphino
cia heres & successor declaratq, e
filius Henric. VI. Parisiis Rex Fr
coronatus fuerit. Odia atq be
haec usq an. 1558. quo Caletum ab
per Gallos receptum, duraverunt, firme
bello per CC. annos gesto, ingenti
Hac tempore Anglo frustra Caletum
repetente Gallisq arma inferente, de
de fortuna, nihil nacti. Franci
ingenti Anglos strage Essertim mari,
na 1626. u 28. profligarunt.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*Anni Christi.*	RES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maximè, quæ ad Monarchiam aspiravere, at iis se opposuere.	*Anni Christi.*	RES PVBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
		pum Germaniæ Decretum: *Electioni Imperatoris soli Electores; administrationi Imperij soli Imperatores at Principes præsunto Iis in rebus auctoritatem Pontificum nullam agnoscunto. Qui contra fecerit, statuerit, docueritque, reus læsæ majestatis & capitis esto.*		
		(*Quod Bojarica familia in Belgio intestinis laboraret dissidiis, ac Jacoba Wilhelmi filia Alberti Bojarici neptis toties mutaret Maritos, tam opima hereditas ad domũ Burgundicam devoluta est.*)		
		(*Transactio inter Ludov. Roman. Elector. Brandeb & Barnimum III. Pomeraniæ ducem de Successione*)		
		Edvardus III. Angliæ rex, filius Isabellę filię Philippi Pulchri, regis Galliarũ, Carolo Pulchro defuncto filiis haud relictis, usurpat *titulum & insignia regni Francorum.* ✠ Hæc *origo* est *hodiè adhuc manentis prætensionis Anglorum in Franciam, & horrendorum Gallos inter atque Anglos bellorum.* vid. 1420.		
		(*Johannes Bohemus Silesiæ duces pro feudatariis recipit.*)	1339.	(*Franciscus Petrarcha* primus omnium magna Pompa *Poëta laureatus* Romæ salutatur, ornatusque laurea corona & insignis, per celebriores urbis vias, omni ordine comitante & applaudente, deducitur.)
		Andronicus, Constantinopolitanus Imp. in auxilium *Turcas* vocat, & eorum opera *Illyricos* vincit. Hæc *origo* est *motæ Turcis libidinis Thraciam invadendi.*		
	1340.	*Benedictus XII.* Pontif. Rom. *Principes*, quos *Cisalpinæ civitates* sibi legerant, eorumq; hæreditariam dignationem confirmat. Hæc *origo* est *juris Imperij in Italia palã à sede Romana usurpati.*		
	1342.	Ordo illustrium *Jarterij Equitum* sub *Edvardo Angliæ rege* instituitur. (*Vulgò vocantur* Die Ritter des blauen Hosenbandes.) Honi soit qui mal y pense.		
		(*Comes Waymariensis à Friderico Landgravio Thuringiæ quem contemtim Fritz oppellaverat, Comitatu suo exuitur.*)		
		(*Gualterius Gallus Florentiæ per tumultum Princeps creatur, ille cum dominationem affectaret intra vertentem annum urbe ejectus est*)		
	1346.	(*Primum bellum Turcis à Venetis feliciter infertur; Neq; minus acriter à Venetis*		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANN. Christi	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANN. Christi	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

adversus Veronæ Principes Scaligeros pugnatum est; ex quo illi Respublicæ Tarvisium accessit.)

CAROLUS IV. Bohemus (filius Joannis Bohemiæ regis, eruditus, sapiens, astutus, eloquens, multarum literarum perit⁹.)

1347. *Pulvis Pyrius* hac tempestate inventus est. Hæc *origo* est *mutati moris gerendæ militiæ in Europa*. 1373 Tormenta.

In Gallia Philippus Valesius ex lege Salica successit: excluso Edvardo III. Angliæ Rege ex Isabella Philippi Pulchri filia genito; Unde Ingentes orti motus, qui utrumq; populũ per nonaginta annos difficili bello, maximisq; calamitatibus afflixerunt.)

1349. *Philipp⁹ Galliæ rex*, ab *Humberto*, Delphinatus Comite, suo sibi ære redimit *Delphinatum*. Lex tunc quoque condita, *ut primogenito regum Franciæ filio semper cederet Delphinatus*. Et hæc est *origo nominis, quo primogeniti Francorum regis filij DELPHINI hodièque dicuntur.*

(*Carolus* inter ipsa quasi Imperij initia *Henetorum*, ad littus Balthicum *Principes*, *Joanem* & *Albertum*, meritorum caussa nova dignitate auget, *Duces*que *Imperij* creat. Hinc itaque *Ducum Imperij Meklenburgensium, quos & Megapolitanis vocant, origo* est: cum antea *Vandalorum Domini* dicerentur.

1350. *(Per Frisiam Transamalanam familiæ Nobiles caput efferre & sub Prefecturarum titulo varios Capitaneatus extruere caperunt.)*

1351. *Tigurini*, civitas perantiqua & inclyta & potens in *Helvetia*, fœdus cum *Svitiis*, *Uriis*, *Undervvaldensibus*, *Lucernatibus* ineunt, honorisque caussa, ob potentiam & libertatem vetustam, cedentibus ultro cæteris, primum inter socios locum accipiunt.

Mox bellũ ex Alberto Austriæ Duce, *Glaronenses* fœderi eidem adjecit: quemadmodum & año sequente *Tigurinos*, Anstrijs parere solitos.

(*Austriacorum Principum potentia Tyrolensis accessione Principatus augetur.*)

1353. *Ioanna, Regina Aragoniæ, Avenionensem Comitatum* vendit *Pontifici*. Hæc *origo* est *dominationis, quam Avenione hodièque in Gallia exercet Rom. Pontifex.*

(*Bernates* ad *fœdus Helveticũ* veniunt,

Clemens VI. singulis quinquaginta annorũ decursibus *Jubilæum* vult celebrari.


(Cum Carolus Imperio præesset, *lingua & sapientia Romanæ studia* illustrius multo proferre caput cœperunt.

In *Italia Francisc⁹ Petrarcha* & *Joannes Boccati⁹* cultiorum literarum semina sparserunt. In *Germania* interiore Athenæa *Erfordiæ* & *Pragæ* instructa sunt.

urbs *Marsilius*

MONARCHIA QUARTA *five* ROMANORUM	*ANNI Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*ANNI Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *five* RES SACRÆ
		urbs omnium, quæ in Helvetia sunt, hodiè potentissima, & tutissimo loco sita.)		*Marsilius Batavus, Joannes Buridanus,* discipuli Guilielmi Occamensis, rectoresq; sectæ Peripateticorum assertores *Lutetia* pulsi ad *Germanos* migrarunt; ille *Heidelberga*, hic *Viennæ* ludum literarum publico salario aperuit.)
		(*Edvardus Angliæ Rex decernit, ut Judices in Judicijs Anglica lingua utei entur.*		
	1356.	*Carolus IV.* publicæ pacis caussâ, ac bono cōsilio, promulgat Legem fundamentalem Imperij, quæ *Aurea Bulla* dicitur.		In frequentissimo & continuo usu nunc esse cœpere diversi illi tituli *Baccalaureorum, Magistrorum, Doctorum, Poëtarum Laureatorum, &c.*
		Idem inops ac avarus, pessimo cōsilio ijs immunitatibus donat plurimos Principes ac civitates Imperij, quibus regalia Imperij aut imminuta, aut in alios translata sunt. Hæc origo est *auctæ Principum ac Civitatum potentiæ, summaeque & adhuc hodiè manentis inopiæ Imperij.*		Ex hoc tempore plurimæ mox per Europam *Academiæ*, certantibus passim pro bonarum artiū instauratione Principū studijs, fundatæ sunt.
		Idem, haud minus improvido consilio, dum se superstite eligi cupit filium minorennem, promittit *Electoribus* singulis centum aureorum millia, quæ cum repræsentare haud posset, *vectigalia Imperij* ijs oppignoravit. Hæc origo est *supra Imperatorias crescentium opum Imperij Electorum.*		
		Idem deniq; in *Italia* quidvis remittit ac tradit *Pontifici Romano*. Hæc origo est *omnis planè tituli & juris Imperij in Italia exstincti.*		
		(*Angli Caletum capiunt mansitq; in eorum potestate usque ad annum 1558.*		
	1357.	*Solymannus* Orchani patri in *Turcico Imperio* succedit. Is transmittit Hellespontum, in *Thraciam* penetrat, & *Callipolin* capit. Hæc *auspicia* sunt *universæ Thraciæ mox occupandæ.*		
	1358.	(*Regnum Tartarorum sub Cabardago in Asia vi Ottomannica concedit. Partem Persia pulsis Saracenis novum in ea sibi regnum condunt.*)		
	1358.	(*Johannes Baro Lichtenbergius à Johanne ultimò Landgravio Alsatiæ Alsatiam totam emit, sed non nisi inferiorem consecutus est; Superiorem tenente Alberto Comite Habsburgensi. Unde titulus Landgraviorum Alsatiæ communis fuit Episcopis Argentinensibus & Archi Ducibus Austriæ, usq; ad Pacem Monasteriensem ubi cessit Regi Franciæ.*)		Simul cum bonarum literarum studijs instauratis etiam *de religione Christiana Purganda quasi emendandaque* serio â nonnullis præclaroque judicio cœptum est cogitari.)

MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ
	1359.	*Amurathes* Solymaño succedit, & *Hadrianopolin* capit. Hæc *secunda sedes regia* est *Turcici Imperij.*		
	1360.	(*Chinenses expellunt Tartaros.*)		
	1361.	(*Occupatum à Gibellinis Patrimonium recipit Innocentius.*)		
	1361.	(*Rex Cyprius Alexandriam Ægypti occupat*)		
		Joannes Paleologus, Imperator Constantinopolitanus, metu Turcicæ potentiæ se & sua commendat fidei *Amurathi*, annuum ei promitit tributum, suœq; obsidem fidei filium (Theodorum) tradit. Hæc *vera initia* sunt *tristissimæ Græcorum servitutis.*		
		(*Julia à Carolo IV. in Comitiis Metensib⁹ Ducatus fit.*)		
		(*Principes Sabaudiæ, Johannæ Comiti Pedemontium, comitatū Nizza ac Villa franca eripiunt; Unde in hæc loca tanquam ad familiam Andegavensem & Provincia Narbonensis jura spectantia prætendunt Reges Galliæ.*)		
		(*Fœda insana multitudinis bonorum ac fortunarum communionem poscentis conjuratio Anglorum pacem domi turbat, & Regem sibi Stephanum Halesium hominem plebejum creat.*)		(*Richardus Armacanus publico scripto oppugnat Ordinem Monachorum Mendicantem.*)
		(*Attamen illa ex improviso opprimitur & Rex furca supplicio afficitur.*)		
	1369.	*Alphonso, Castellæ rege*, mortuo, nec nisi nothis relictis, *Ferdinandus rex Portugalliæ*, ad regnum vocatur. At per consilia procerum Portugalliæ, & nō idoneas satis virtutes in rege suo tanti Imperii molem sustinendam agnoscentium, & intutum res Castellani perfidi, & Lusitani integrioris populi miscere statuentium, tum factum, quominu⁹ Lusitani obtinerent supremam in Hispania dominationem.	1370.	(*Joannes Wiclefus*, natione Anglus, non in petulantiā tantum & im̄anem ambitionem avaritiamque, & perpetuum dissentiendi pacemq; Ecclesiæ pariter ac reipublicæ turbādi studium; sed in hæresin quoque & corrupta ac in sana *Eccesia Romana*
		(*Hanseaticæ civitates his quoque temporibus fœdus inierunt. Huitfeld. Thritem.*)		
	1370.	(*David Brussius*, nominis II. *Scotiæ Rex*, fato concedit sine liberis. Regnum summo procerum consensu defertur ad *Robertum Stuartum*, substitutum quondam filio à Ruberto Brussio, & ab ipso quoque filio Davide hæredem		



MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI Christi	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

nominatum. *A quo tempore regnum perpetuo ad nos quoque in eadem Stuartorum familia manſit.*

(*Imperium Tartaricum reſtaurat, Timurus cognomine Lenck ſive Claudus.*)

(*Inſulæ Fortunatæ ab Hiſpanis Mercatoribus deteguntur.*)

Eodem anno *Caſimirus Magnus Poloniæ rex*, obit, *ultimus regum ex gente ſua & poſteritate Piaſti oriundus.* Poſt hunc non alij, quam peregrini, in Polonia regnarunt; quorum primus *Ludovic⁹*, Gallici ſanguinis ex domo Andegavenſi, Neapolis & Ungariæ rex, Caſimiri ſororius, poſtpoſitis duab⁹ Caſimiri filiabus, & Pricipibus cognatis, ad ſceptrũ à proceribus vocatur.)

1377. (*Clade Genuenſium ad foſſam Clodiam, Veneti ſe viribus ſuperiores eſſe demonſtrarunt.*)

1378. *Tartari* invaſerant ac tenuerant aliquando *Moſcoviam*, cujus Duces non erant niſi clientes ac tributari Tartarorum. Nunc *Demetrius* Dux excutit jugum Tartarici Imperij, rebusq; latè auctis, *magnum Moſcoviæ Ducem* ſe jubet dici. Hæc *origo* eſt *magnorum Moſcoviæ Ducum*, Zaar.

(*Bombarda invente à Germano quodam Monacho Fuburgo Oriundo vel Conſtantino Ancklitzen vel Bertholdo Schwartz dicto.* Hinc *origo* bombardarum majorum & minorum, & mutatæ denuo militiæ.) 1347. pulvis [illegible]

Amurathes, Turcarũ Imperator, in *Thracia* viciniſq; ditionibus plurimas civitates in ſuam redigit poteſtatem: cumque captivos omnes Chriſtianos in Aſiam abducere intutum videretur, quintum quinque & elegantiſſimum puerorum in Aſiam amandat, ſacris & militaribus Turcarum artibus imbuendum; Ab his *origo* eſt *Ianitzarorum Turcicorum & horribilis tributi, quod hodiè que Chriſtiani iis ac proximis in ditionibus coguntur pendere.*

1379. *Joanna, Neapoleos regina*, ſine liberis decedens, adoptat ac hæredem ſcri-

---

Monarchia Quarta:

WENCESLAUS, Caroli IV. F, (nullis, quæ eſſe debent Principum, virtutibus ornatus, nullis geſtis rebus inclytus; deſes, ignav⁹, in omnem libidinem pronus; cum quibus vitijs & im̃anis crudelitatis flagitiũ conjunxit.) [illegible] Borda blanca. *

Res Sacræ:

dogmata concionibus ſcriptisque publicis acriter invehitur.

1377. *Gregorius IX.* Avenione ſedem transfert *Romam*.

1378. Avenionenſis ſedes Pontificum in Gallijs deſerta *cauſſa* eſt *horrendi ſchiſmatis & aliorum Pontificum in Gallia, aliorum in Italia plures annos creatorum.*

(*Indulgentiæ Papales res nova & inaudita in Germania. Avent.*)

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

bit *Ludovicum, Ducem Andegavensem*. Hæc *origo* est *juris, cujus titulo hodièque in regnum Neopolitanum, ut sibi debitum, Galli utuntur.*

1380. *Olaus Daniæ Rex defuncto Haquino etiam, Norvvegiæ Rex factus est.)*

(A quo tempore Dania & Norvvegia perpetuo conjuncta manserunt.)

1382. *(Kirkassi s. Mamaluki primum ex sua Gente crearunt Regem nomine Berkukum.)*

1385. *(Lusitani Castellanos profligant.)*

1386. *Hedvvigis*, Sigismundi filia, *regina Poloniæ*, ambitur â *Iagellone* Duce seu rege *Lithuaniæ*, eique Christianam disciplinam cum suis omnibus amplexo, feliciter nubit.. Hæc *origo* est & *Christiana facta Lithuaniæ*, & *cum Polonico Imperio individuo nexu conjunctæ*, & *Iagellonicæ aut Lithuanicæ familiæ, in qua Imperium Polonicum per seculum, & quod excurrit, stetit.*

(Ad hunc refertur familia Doraftajorũ.)

Leopoldus, Austriæ Dux, cũ omni Nobilitate, memorabili prælio ab *Helvetiis* vincitur. Hic *verus occasus* est *potentiæ ac dominationis Austriacorum in Helvetia.*

Wenceslaus confirmat ac auget â patre suo *Italiæ Principibus* indulta. Comitum titulis ad *Ducum* evectis. Hæc *origo* inprimis est *Ducatus Mediolanensis.*

1388. *(Gerbardus Comes à Svarzburg episc. Würzburgensis, Wirsheim & Svveinfurt Imperio restituere cogitur.)*

In Olao extinguitur familia Harfagerorum sive Comatorum in Norvvegia, quæ per sex secula continuis successionibus regnarat.)

1389 *Baiazetes* Amurathi patri succedit, occisis fratribus. Inde *exemplum & origo barbari moris, quo regnare inter Turcas jussi vix vivere fratres patiuntur.*

(Accesserunt Hispaniæ, Insulæ Fortunatæ seu Canariæ per quas via in novum Orbem aperta.)

1390. *Novi Orbis* borealis pars, quę Grœnlandiam & Islandiam versus extenditur, invenitur.

Eodem anno *Genuenses* in Italia *Ca-*

ANNI Christi.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

1386. *(Jagello*, Lithuaniæ Princeps, primus suorum idololatriã gentium ejurat, sacro lavacro tingitur, & *Uladislaus* appellatur: *Lithuanos* deinde ad christianismum perducit, prima fidei rudimenta in vulgarem linguã ipse vertit, & episcopos passim pastoresque constituit.

Bonifacius IX. Papa *arcem S. Angeli* exstruit præcipuum urbis Romæ & Pontificũ Rom. munimentum.

Annatæ indicuntur, & ærariũ Pontificum magna accessione locupletatur.

RUPER- *roli* Qui

…rvegia hac pluvium, donec ärig sub … redacta potestate, Carolingorum ab…
Nordmannia dicta, quae abundans mult…
… bene ac Regibus discordibus, exonerare in
… [illegible] regiones, binas piratarum agmen
… Gallias, Britann. Germanias an 800. …
… Atlanti Legens addita formidabil…
… et furore Normannorum, libera nos Do…
… dux Rollo, Neustriam Carolo Sim…
… acceptam Normanniam dixit. Primi
… Regis 878. familia, per sex gentis
… [illegible] secula, donec Reginô Rex ex
…, regnavit. Pulsi ab Haraldo Nor…
… regali [900. an.] Islandiam mire ipsa…
… origine [illegible], usque hoc tenuere,
… Grenlandiam, illorum colonias. vid.
… 16. In quam ob Reges Daniae dominium …
… [illegible] Episcopatus quinam in …
… piscandi navigandique facultatem
… [illegible]. Baltici [illegible] libertate
… [illegible].
[1]20 huic successit Margaretha, Dan…
… [illegible], victorias, potentia divitiis ac …
… gloriosa femina, quae cum Albertum
… [illegible] Sueciae Regem, illam contemn…
… 1389. Ipso victum ac captum regnum
… [illegible] coegit. Et quo perpetuo trium regn…
… [illegible] [illegible], [illegible] ac [illegible]
… et Dania Sueciaque in creando novo Rege
… primum suffragium haberent vicibus.
… [illegible] Ericus, filius adoptivus, dux …
… successor ob tyrannidem malamque
… administrationem a subditis regno exutus. …
… Dux Christophorus, sororis adeptus
… defuncto, orta inter Suec. Danosque de
… creando rege dissidium fuit, l. et …
… [illegible] odium l. Suecorum patriam …
… quo primum in electione Christo…
… suffragium [illegible] [illegible] Suec…
… Carolum, Canuti filium, Dan…
… ac Norvegiae Christian. I. Com. Oldenb…
… reges elegere. Exacto 9. annorum
… [illegible] ille dejectus cum thesauris Dantiscum
… fugit, hic a Suecis Rex coronatus
… 47. mox iterum ejectus, prior [illegible]
… [illegible].

a [illegible] monseigneur
[illegible] [illegible] [illegible] ce
[illegible] vous auront [illegible]
la
[illegible] [illegible]

MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ

bit *Ludovicum, Ducem Andegavensem*. Hæc *origo* est *juris; cujus titulo hodièque in regnum Neopolitanum, ut sibi debitum, Galli utuntur.*

1380. *Olaus Daniæ Rex defuncto Haquino etjam, Norvvegiæ Rex factus est.)*

(A quo tempore Dania & Norvvegia perpetuo conjuncta manserunt.)

1382. *(Kirkassi s. Mamaluki primum ex sua Gente crearunt Regem nomine Berkukum.)*

1385. *(Lusitani Castellanos profligant.)*

1386. *Hedvvigis*, Sigismundi filia, *regina Poloniæ*, ambitur â *Iagellone* Duce seu rege *Lithuaniæ*, eique Christianam disciplinam cum suis omnibus amplexo, feliciter nubit. Hæc *origo* est & *Christiana facta Lithuania, & cum Polonico Imperio individuo nexu conjuncta, & Iagellonicæ aut Lithuanicæ familiæ, in qua Imperium Polonicum per seculum, & quod excurrit, stetit.*

(Ad hunc refertur familia Dorastajorũ.)

Leopoldus, Austriæ Dux, cũ omni Nobilitate, memorabili prælio ab *Helvetiis* vincitur. Hic *verus occasus* est *potentiæ ac dominationis Austriacorum in Helvetia.*

Wenceslaus confirmat ac auget â patre suo *Italiæ Principibus* indulta. Comitum titulis ad *Ducum* evectis. Hæc *origo* inprimis est *Ducatus Mediolanensis.*

1388. *(Gerhardus Comes à Svarzburg episc. Würzburgensis, Wirsheim & Svveinfurt Imperio restituere cogitur.)*

In Olao extinguitur familia Harfagerorum sive Comatorum in Norvvegia, quæ per sex secula continuis successionibus regnarat.)

1389 *Baiazetes* Amurathi patri succedit, occisis fratribus. Inde *exemplum & origo barbari moris, quo regnare inter Turcas jussi vix vivere fratres patiuntur.*

(Accesserunt Hispaniæ, Insulæ Fortunatæ seu Canariæ per quas via in novum Orbem aperta.)

1390. *Novi Orbis* borealis pars, quę Grœnlandiam & Islandiam versus extenditur, invenitur.

Eodem anno *Genuenses* in Italia *Ca-*

1386. (*Jagello*, Lithuaniæ Princeps, primus suorum idololatriã gentium ejurat, sacro lavacro tingitur, & *Uladislaus* appellatur: *Lithuanos* deinde ad christianismum perducit, prima fidei rudimenta in vulgarem linguã ipse vertit, & episcopos passim pastoresque constituit.

Bonifacius IX. Papa *arcem S. Angeli* exstruit præcipuum urbis Romæ & Pontificũ Rom. munimentum.

Annatæ indicuntur, & ærariũ Pontificum magna accessione locupletatur.

...rwegia dein pluriam, donec omnes sub ...
... redacta potestate, Carolingorum ...
Nordmannia dicta, qui abundans mult...
... bene ac regibus discordibus, exonerare in
...iores regiones, hinc piratarum agmen
Gallias, Britanniam, Germaniam an. 800. ...
... ad Christianos sequens oddita formidabil...
... At furore Normannorum, libera nostr...
... dux Rollo, Neustriam Carolo Sim...
... acceptam Normanniam dixit. Primi
...aldi Regis 878. familia, per sex continuis
...ssoribus secula, donec Regino hoc ex
...a, regnavit. Postea ab Haraldo Nor...
... regali 900. an. Islandiam ... ipsi...
... originem petiere, usque hic durare,
... Grenlandiam, illorum colonias. ...
... In quam Reges Daniæ dominium ...
...ntibus ceteris Europæis, quibus in ...
...andico piscandi navigandique facultatem
...entibus, sanxere. Batavi eadem libertate
... utuntur. ß.
1420 huic successit Margaretha, Dani...
...miramis, victorias, potentia, divitiis ac ...
...nta gloriosa femina, quæ etiam Albertum
...politanum Sueciæ Regem illum contemn...
... 1389. victum ac captum regnum
... coegit. Et quo perpetua trium reg...
... conjunctio stabiliretur, fœdus eo ... crearent
... ut Dania Sueciaque in creando novo Rege
... primum suffragium haberent vicibus.
... successor Ericus, filius adoptivus, Dux Po...
... Succedens, ob tyrannidem malam...
...ministrationem a subditis regno exutus. ...
... Dux Christophorus, successor adoptivus ...
... defuncto, orta inter Suec. Danosque de
... creando rege dissidium fuit, ... ob nati...
... utriusque odium ... laesionem patrum ...
...ianum, quo primum in electione Christoph...
... suffragium ... Sueci
...marum, Carolum, Canuti filium, Dani
... ac Norvegi Christian. I Com. Old...
... reges elegere. Exacto 9. annorum
...sidio, ille ... cum thesauris Dantiscu...
...fugit, hic a Suecis Rex coronatus
... mox iterum ejectus, prior Sudano...
...vocatur.

[illegible] monsieur
[illegible] Jeriais ce
[illegible] vous [illegible]
[illegible]

Tamerlanes ex latrone Rex, ab extremis Chinarū oris Consta-
pelim ac Ægyptum usq omnia

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*Anni Christi*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*Anni Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

roli VI, Francorum regis dominationi se sponte subjiciunt. Hæc *origo* est *tituli, quo Franci respectu reipublicæ Genuensis, ue ac dita sibi, hodieque utuntur, licet inter ipsa statim initia sint expulsi.*

1391. (*Asia ferè universa potiuntur Turcæ.*)

1395. *Margaretha, Daniæ* Regina *Norwegiæ* item & *Swecie Regina* declaratur; Lexq; est condita â trium regnorum procerib9, ut hæc regna in posterum uni, consensu omnium electo, obsequeretur. Hæc *origo* est *conjunctorum trium horum regnorum in Septentrione: quorum duo conjuncta de hinc manent, tertium, Svecia scilicet, â cæteris mox sese divisit.*

1396. (*Inter Gallum & Anglum arcta firmantur fœdera.*)

Bajazetes, Græcorum scelere impulsus, ac animat9, nec min9 ipse perfidus, obsidet *Constantinopolin*, sed frustra, audita Tamerlanis Scythæ in Asiam irruptione.

(*Arragonius Siciliam occupat.*)

Qui in *Græcia* prudentiæ ac sapientiæ studiis excellunt, facile præsagientes incubituram brevi omnimodam â Turcis servitutem, patria relicta, in *Italiam* se conferunt. Hæc *origo* est *Græcæ omnis doctrinæ restitutæ in Italia, & ex ea per reliquum Occidentem mox propagatæ.*

1398. Quippe hac tempestate erupit novus terror Orientis, *Tamerlanes*, ortu humilis, pede claudus, animo ac virtute bellica magn9, & sic domi *Tartarorũ Zagatajensium* principatũ indeptus. Is, assumtis decies centies suorum millibus, in *Cappadociam* transgressus, magna ac incredibili celeritate totius *Asiæ* vicinarumque ditionum potitus, *Bajazetem* in ipsa Asia cepit, & innumerabilem exercitum *Turcarum* ad internecionem cæcidit. Hic *propè occasus* est *Ottomannica domus ac Turcici Imperii, sed paullo post feliciter restituendi.*

(*Persicam etiam stirpem exscidit Tamerlanes ille.*)

RUPERTUS, Dux Bavariæ, Elector Palatin9, post motum imperiô (comuni Electorũ consensu) *Wenceslaum*, imperat.

1400. (*Tamerlanes* post devictum Baiazetem, *Mesopotamiam, Syriam, Ægyptum*, & plerasque alias provincias, partim vi, partim deditione suo imperio adjicit. In Ægypto, arenosis solitudinibus detentus, victoriis suis finem imposuit; cumque exercitus sæva pestilentia divexaretur, dives spoliis

(*Petrus Dresdensis Hussi & Hieronymi Pragensis doctrinam secutus autor Hymnorum Ecclesiasticorum ante introitum templi quibusdam diebus festis decantandorum, item de natali Christi*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

redit *Sarmacandam*, metropolim Tartarorum Zagataiorum.)

(*Heinricus Lecestrius à Rege Angliæ pulsus, revocatur ab Anglis & contra Regem eligitur.*)

Veneti Michaëlem Stenum Ducem habent. Eo principatum gerente, *Patavium, Vicentiam, Veronam*, & *Felcriam* occupavere. Hæc *præcipua initia* sunt *Veneti imperij in vicino continente, & Scaligerorum, Carrariorumque Patavinorum potentia penitus exstincta.*

(*Martinus Rex Arragoniæ regna Siciliæ & Sardiniæ cum suo conjungit.*)

Circa hæc tempora moriuntur captivus victusque *Bajazetes*, ejusdemque victor Orientisque domitor *Tamerlanes* (*Eo humanis rebus exemto, adeo labefactari cœperunt res Tartarorum, ut Scythicum nomen, quod ipse penè ab interitu vindicaverat, ac per totum terrarum orbem extulerat, una cum ipso penitus exstinctum esse videatur. Nam unaquaque provincia & regnum ab eo subactum ipso mortuo, vel ad suos priores dominos & Principes rediit, vel sibi novos asseruit.*)

(*In Gallia in Parlamento decernitur, ne annatæ & provinciæ proventuum Ecclesiasticorum è regno Galliæ exportentur.*)

Bajazetis filij aliquot inter se commissi instaurationem *Ottomannicæ potentiæ* aliquandiu impediunt.

Tamerlanis etiam *filii* (*Sebarochus & Paiamgures*, intestinis motibus agitati promovent *occasum omnium amplissimi Imperii Tamerlanis.*

(*Wilhelmus Comes in Hollandia Johannem de Arkel ditione tota pellit.*)

Rupertus Imp. insignem pro libertate Germanici Imperij *constitutionem* facit: *Ordines Imperii Imperatori, si quid contra Constitutiones ac leges fundamentales fecerit, libere resistunto. Resistentes rebellionis aut læsæ majestatis crimine non convincuntor.*

SIGISMUNDus Caroli IV. F. (rex Ungariæ.) | 1411. | (*Fuere etiam hoc tempore tres Cæsares, Wenceslaus Rex, Bojemiæ, frater ejus Sigismundus Rex Ungariæ & horum patruelis Jodocus.*)

RES SACRÆ:

Canticorum, in quibus Latinis Germanica mixta sunt.)

1409. (*Ecclesia Rom.* Ruperto imperante quasi *triceps* fuit. *Benedictum XIII.* in Gallia, *Gregorium XII.* Romæ, cui defuncto surrogatus *Alexander V.* est, itemque Romæ *Joannem XXIII.* summos præsules habuit. Nunquam alias turbata magis in Occidente vel Ecclesia vel Resp. fuit.)

Ab hoc tempore [illegible] iura [illegible]
Anglorum intestinis Lancastrens.
Eboracens. dissidiis distracti, [illegible]
Carol. etiam VII. & Joannam [illegible]
Lotharingam, Aurelianens[illegible]
[illegible] universamque Franciam [illegible]
an. 1450.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
	1413.	*Mahumetes I.* filius Bajazetis, fratribus suis omnibus sublatis, solus tenet ac restituit regnũ Turcicum; & præter *Caramaniam* ac *Walachiam* tributarias, factas, præsidia Tamerlanis *Bithyniâ*, aliisque ex locis pellit: *verus auctor surgentis iterum Ottomannicæ domus.*		(*Johannes XXIII meretricum vectigal Bononiæ sumit.*)
	1414.	(*Amadeus VIII. à Sigismundo Imperatore in Concilio Constantiensi primus Dux Sabaudiæ creatur.*)		
		(*Atroces his temporibus factiones Hæxiorum & Cabeliaviorum in Hollandia & Zelandia.*)	1415.	*Wiclefus 1380. in Angl. id.* *Joannes Huss* & *Hieronymus Pragensis* in *Bohemia* opponunt sese *Ecclesiæ Romanæ*, eoque nomine in *Constantiensi Concilio* exusti, plurimos reliquũt non sectatores tãtum, sed etiam ultores.
	1416.	*Moravi* ac *Bohemi* religionis nomine graviter tumultuantur, & terribiles imperio copias cogunt, ac longè lateque, ductu *Joannis Ziska*, sunt victores. Hic est celebris ille *motus*, qui à mutatæ religionis auctore *Hussitarũ* dicitur.		
	1416.	(*Ab hoc tempore intermissa est navigatio Grœnlandiæ in Americã Septentrionalem, tum ob magnam, qua Norvvegia exhausta erat, Pestilentiam, tum ob ingentem vim glaciei, quæ ex mari Tartarico tempestatibus ejecta omnes in Grœnlandiam aditus obstruxit.*)		
	1417.	(*Fridericus Burggravius Noriberg. Marchiam à Sigismundo Imp. emit pro 400000. floren. quam summam ut conficeret, Burggraviatum Noriberg. vendidit, reservatis tamen sibi suisque hæredib[9] quibusdam Regalibus, quæ tamen cum tempore expirarunt.*)		
	1420.	*Lusitani*, inter Olysiponem & Fortunatas insulas promota classe, ad inveniendas novas insulas comparata, inveniunt ac capiunt *Maderam*. Hæc origo est *navigationũ, quibus mox continua Africa littora detecta sunt, & ad Sinas tandem feliciter est perventum.*		Fidem dederat Imperator *Husso*, si in Concilium venisset, incolumen discessurum. At ubi venit, patres doctrina ejus damnata, ipsũ comburi jussere. Cum Cæsar ei judicio ob fidẽ à se interpositã obniteretur, illi fidem hæretico ser-
		✱ Hac tempestate *Henricus V. Angliæ rex*, maxima Galliæ parte superata, contra *Carolũ VI.* Galliæ regẽ *Trecis* in Campana *Galliæ rex* salutatur: ut & filius ejus *Henricus VI.* post paullo *Gallicum diadema* capiti impositum *Lutetiæ* accipit. Hæc etiam *origo* est *Franciæ regni tituli ab regibus Angliæ usurpati.*		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.
	(*Sigismundus in solenni Concilio Constātiensi Adolphum Clivensem, & Amadeum Sabaudiæ Comitem in ordinem Ducum promovit, & Galleacio Vice Comiti Mediolanensi insignia Ducatus Mediolanensis contulit.*)
1422.	Mahumeti I. *Amurathes II.* succedit. Is *Romaniam, Serviam*, & vicinas ditiones feliciter aggressus, primus Turcicorum Imperatorum *Hungaros* invadit; sed â *Joanne Hunniade* feliciter adeo repressus, ut pacem cum Christianis facere habuerit necesse.
	(*Hic finis Electoratus Saxoniæ in familia Anhaltina.*)
	(*Nam Imper. Sigismundus Electoratum Saxoniæ transtulit ad Fridericum Bellicosū Marchionem Misniæ & Landgravium Thuringiæ; Cujus nepotes Ernestus atq; Albertus ita ditiones diviserunt, ut Ernstus Electoratū cum Saxonia & Thuringia, Albertus Misniam obtineret.*)
1224.	*Ziska, Hussitarum* dux, moritur. Nec sic tamen horum vires sunt fractæ, aut illustres victorię finitiæ. Mox tamen pacem faciunt cum *Sigismundo*, certis legibus *suam sibi in sacris libertatem* stipulati.
1226.	(*Rex Cypri captus Vasallus fit Saladini.*)
1430.	Ordo *Equitum aurei velleris* â *Philippo Burgundo* instituitur.
1431.	(*Franciscus Mantuanus creatur Marchio.*)
1434.	*Cosmus Medicæus*, unus ex popularibus Florentinis, sed divitiis & gratia inprimis pollens, ideoque Nobilitati invisus, hujusque factione in exilium actus, nunc, popularibus prævalentibus, *Florentiam* revocatur, &, licet nullo principali titulo usus, retenta veteri reip. forma omnia pro arbitrio moderatur. Hic *verus parens* est *Medicææ potentiæ in repub. Florentina.*
	Amurathes Epirum eripit *Joanni Castrioto*, & ab eo obsides filios accipit, inter alios *Scanderbegum*, quem Turcicis artibus imbuit, futurum paullo post Turcicæ potentiæ illustre ac grave impedimentum.

ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
	vandam negarunt & Cæsarem tandē ut assētiretur, perpulere. Ita *Hussus* igni dat, & ijsdem artibus anno proximo *Hieronymus*. Hæc *origo* est *receptæ apud Pontificios opinionis, fidem hæretico datam falli posse.*
	(Factum in eodem Concilo decretum est de reformanda *Ecclesia.*
	Conditum & quoddam quasi Senatus consultum est *de forma & modo eligendi Papam.*
1432.	*(*Basiliensis concilij* initium.)
	In eò declaratū est, *Papam esse infra Concilium Generale.*)
	Deinde orta inter Concilium & Papam *Eugenium IV.* dissensione, Papa â Concilio exauctoratus est.
	In eodem Concilio Patribus placuit *de non solvendis*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ALBERTUS II. Austriacus (Sigismundi gener. Idẽ ei annus & *Imperium*, & duo amplissima *regna Bohemicum & Hungaricum* dedit.)

FRIDERICUS III. Austriac⁹ (propinqvus Alberti.)

ANNI Christi. | RES ILLVSTRIVM GENTIVM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

1436. *Lutetiani* in Gallia *Angles* expellunt.

1438. Iidem mox universa Gallia ejiciuntur. Hic *occasus est dominationis Anglorum in Gallia.*

(Imperante Sigismundo, nobilissimæ *Belgii ditiones*, quæ *Bavarorum* erant, *Burgundis Principibus*, â quib⁹ dein ad *Austrios* devolutæ sunt, hæreditario velut quodam jure fuere traditę.)

(*Uladislaus Rex Poloniæ jus Russicæ & Polonicæ Nobilitatis exæquat*)

1440. Cum exules Græci, atque ad eorũ exemplum alii quidam omnigenam eruditionem excolerent, *ars Typographica* opportune *Harlemi* in Hollandia inventa, & mox *Moguntiæ* in superiore Germania exculta est. Hæc *origo est artium & disciplinarum omnium conservatarum.*

1441. (*Natagenses exorti in Russia.*)

1442. (*Susatum defecit ab Archi Episcopo Coloniensi ad Adolphum Comitem Marcæ*)

(*Sub Alphonso Sapiente Regnum Neapolitanum ad Arragonios pervenit.*)

1443. (*Gottfridus Episcopus Würzbergensis Titulo Ducis Franconiæ primum usus est, quem sibi quoq; successores ejus sumserunt.*)

1444. *Eugenius Papa* irritam ac violandam decernit pacem quæ â Christianis inita erat cum Turcis, Hæc *origo est toties post secutæ Turcicæ perfidiæ in Christianos.*

Igitur dum solutus *Amurathes* Europæorum metu Principum, & paci fidens, in *Caramanos*, Asiæ populum, se convertit, Christiani aliquot principes, inprimis *Uladislaus III. Poloniæ Hungariæque rex*, in *Thraciam* infestis armis proficiscuntur. *Amurathes*, audito eo motu, Asia relicta, in Europam se convertit, & *ad Varnam* cædit exercitum Christianorum. Hæc clades perfidia excitata, *origo est eorum omnium malorum, qua mox Europa per Turcas incubuere.*

Idem *Amurathes* contra *Ungaros* copias educit, earumque inter alios ducem facit *Georgium Castriotum*, cognomento *Scanderbegum*. Verum is in

ANNI Christi. | RES PVBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

posthac Papa Romanus annatas decretum facere.

1438. *Concilium generale Ferrariæ* celebratur, (Florentiæ finitum.) in eo *Joannes Palæologus Constantinopolitan⁹ Imp. Josephus Patriarcha.* aliique *Græcorum* aliquot sacerdotes pacem faciunt cũ *Ecclesia Romana*, quo se conclamatis Græcorum rebus auxilium ab Occidentalib⁹ Ecclesijs Principibus contra Turcas impetrarẽt. Sed Gręcis domi in Concilio Ferrariẽsi facta non approbantibus, Occidentalium magis odium in miseros exarsit.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI *Christi.*

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere,

prælio deficit â Turcis, & avitum *regnū Epiri*, ac proximam *Macedoniam* invadit. Hæc *origo* est *novi & magni, sed brevis, Turcica potentia objectis impedimentis.*

1445. *Constantinus Palaologus*, ultim⁹ Græcorum Imperator, non acceptis Joanni patri promissis Occidentalium auxiliis, cum *Turcarum imperatore* pacem facit, bellum interim cum fratribus gerens in *Peloponneso*. Hi autem in auxilium vocant Turcarum Imperatorem. Sic infirmæ, & discordia labefactatæ res Græcorum, Turcis produntur.

1450. Amurathi *Mahumetes II.* terror Orbis, succedit.

1448 Eodem anno *Christianus Oldenburgicus* Comes, *Daniæ, NorWegiaque rex* constituitur. Hæc *origo* est *sceptri utriusq; gentis in eadem familia adhuc manentis.* 1980. ff.

(*Franciscus Sfortia*, ex Attēdula familia, ignobili quidem, sed honesta, natus, mortuo socero *Philippo Maria*, Mediolani Duce, cum hæres masculus deesset, contra *Carolum aurelianensem*, *alphonsum aragonium*, & *Venetos* â *Mediolanensibus* conductus, armis & fame urbem perdomat, & receptis oppidis reliquis, *Principatum* sibi subjicit ac stabilit.

Galli Normanniam Anglis eripiunt, quam hi annos XXX. obtinuerant.

Biennio post *aquitaniam* quoq; re-

1452. cipiunt, quam ante annos CCXCIX. Henricus II. Anglus dotali jure possessam acceperat.)

(*Mahumetes Turcarum Imperator Athenas omnium artium & disciplinarum invētrices capit, solo aquat & funditus destruit.*)

Mahumetes II, post LIV. dierum

1453. obsidionem, *Constantinopolin* capit, ibique regiam Turcici Imperij figit. Hic *occasus* est *Constantinopolitani Imperij Græcorum*, & *origo planè stabilis imperij Ottomanidarum Turcorum.* (*Primus ille Imperator Orientis, & ab hoc tempore Reges Turcici Imperatoris titulo ceperunt.*)

ANNI *Christi.*

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

1450. *Nicolai V.* Papæ liberalitate & favore in eruditionem ac eruditos, magn⁹ est illustrium ingeniorum proventus, & præcipua totius Orbis *bibliotheca Vaticana* instituitur.

(Ad eum tanquam ad portum, confugiunt multi eruditione clari viri, ut *Grorgius Trapezuntius*, *Georgius Valla*, *Demetri⁹ Græcus*, *Nicolaus Perottus*, & alij: quorum opera multi auctores ê tenebris eruti & luce illustrati sunt, & ex Græco in Latinū sermonem conversi.

		(*Bohemi à Rege Ferdinando, ob fœdus cum Johanne Friderico ictum, mulctantur securi percutitur Cos. Pragensis: frequentiam etiam mulctæ indictæ sunt civitatibus imperii, quarum multæ pacem pecunia redemerunt*)		
		(*Augustam Carolus comitia conscripsit,*		

dvard. VI. adhuc minorennis, Tutores
bernatores Reformatorũ dogmati add
ادdi, [illegible] quos inter Thomas Cramerus
Epĩs Cantuariensis: [illegible] eorũm & fide
[illegible] per Angliam Missas abolari [illegible]
Fuit alias pietatis & justitiae
itemq eruditionis, artiũm liberaliũmq
multae prope cognitionis, sui aevi mira
, quod maximẽ ostendẽm[illegible] [illegible]
; ib. an. morte, dolo sublatum.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*ANNI Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	*ANNI Chr. ſti.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ,
	1536.	*Solymannus* Turca *Orientalem Indiam* tentat, ſpe commerciorũ, quibus uti jam Luſitanos (Turcici nominis haud dubie hoſtes) dolebat. In decelebris *Cambajæ obſidio* à *Turcis* inſtituta; ſed fortiter à *Luſitanis* defenſæ.		*(Conveniunt Theologi Smalcaldiam & de concilio Mantuano deliberant.)*
	1541.	Meliore fato *Solymannus* in Hungaria *Budam* occupat. Hic *occaſus eſt celeberrima toto Orbe bibliotheca, quam plurium Veterum, & adhuc hodiè deſideratorum ſcriptorum monumentis inſtruxerat Matthias Corvinus.*		*(Antinomi hujus temporis Schiſmatici.)*
	1545.	*Petrus Aloyſius Farneſius* primus *Parmæ ac Placentiæ Dux* à Papa *Paulo III* creatur. *(Hinc ille Ducatus feudum Papale.)*	1545.	✱ Generale *concilium Tridentinum*, examinandarũ de ſacris cõtroverſiarũ cauſſa, initium habet.
	1546.	*Carolus Cæſar* bellum palam infert *Proteſtantibus Principibus*. Hi ſe fœdere cum *Gallorum Rege* jungunt. Hæc eſt origo & *belli Smalcaldici* & *Metis, clauſtri Germanici Imperii, a Gallis captæ, & adhuc hodiè retentæ*, denique *Reformatæ religionis de hinc palam in Gallia exercitæ*.		
	1547.	*Henricus IIX. Angliæ rex*, moritur. Is *Defenſor fidei Romanæ* ante dictus, *Catharinâ* uxorem repudiarat, *Anna Bolena* in locum ejus ſubſtituta. Ideo à Pontifice excommunicatus, ejurata Romanæ ſedis auctoritate, *Anglicanæ Eccleſiæ caput* ſe juſſerat nominari. Hæc *origo prima* eſt *mutatæ religionis in Anglia*. Succeſſorem accipit *Edvardũ* filiũ nominis ejus *ſextum*; qui planè abolet ſolenni decreto *Pontificiam religionem*, ſed paullo poſt inſtaurandam. *(Capto in prælio ad Mulbergam Joh. Friderico Electore Saxon. Carolus V. Electoratum transtulit ad Mauritium Marchionem Miſniæ. Joh. Fridericus & poſteri illius facti ſunt Duces Vinarienſes)*		
	1547.	*(Antonius Comitatum Delmenhorſtum recuperat.)* *(Bohemi à Rege Ferdinando, ob fœdus cum Johanne Friderico ictum, mulctantur ſecuri percutitur Cos. Pragenſis: frequens etiam mulcta indicta ſunt civitatibus Imperii, quarum multa pacem pecunia redemerunt)* *(Auguſtam Carolus comitia conſcripſit,*		

ſed *(Propter*

duard. VI. adhuc minorennis, Tutores
ernatores Reformatorum dogmati add
acti, (: quos inter Thomas Cranmerus,
Episc. Cantuariensis :) eorumque fide
ltq. per Angliam Missas aboleri jus
Fuit alias pietatis & justitiae
longe eruditionis, artium librorumque
ultae prope cognitionis sui aevi mira
, quod maxime dolendum immatura
ib. an. morte, dolo sublatum.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

sed illa habita sunt armata, ut terrorem incuteret Ordinibus Imperij; Præcipuum Cæsaris postulatum fuit, ut Principes omnes Concilio Tridentino se submitterent.)

1548. DumConcilium Tridenti celebratur, jussu Cæsaris, & pacis caussâ, scribitur liber, Ecclesiasticisque obtruditur, *de observanda & retinenda religione, administrandisque sacris in Germania, donec Concilio Tridentino finis imponeretur.* in eo libello partim aliquid protestãtibus, partim aliquid Pontificijs est indultum. Hæc *origo* est *celebris scripti* *INTERIM dicti & Interimistarum, belli*que *Theologici, quod Adiaphoristicum appellatur.*

(Johanna Heinrici Albretani Navarræ Regis & Margarethæ Valesiæ filia & reliquiarum regni hæres unica, Antonio Caroli filio, Borbonio in matrimoniũ collocatur, ex qua postea Heinricus IV. Navarro Galliæ Rex natus est.)

1550. Primum *Caroli V. edictum* contra religionis á Romana diversæ sectatores, idque verè sanguinarium, in *Belgio* promulgatur. Hæc *origo* proinde est *gravium in Belgio persecutionum.*

(Iaponia amplissima Orientis Insula longé ultra Indiam & sinarum regiones sita, quam olim Zipangri appellarunt, hoc anno inventa est.)

1551. *(Cazanum regni Cazanensis Metropolis a Johanne Basilio magno Moscorum Duce una cum arce expugnatur, & magna Tartarorum Cazanensium multitudine Basilij Principis impulsu baptizatâ, totum illud regnum eidem subigitur.)*

1552. *Mauritius Saxo* simul denunciat & infert bellum Carolo, fœdere itidem cum *Gallis* percussu. Ideo anxius & consternatus *Cæsar*, Passavij cum *Protestantibus* de pace transigit, hac potissimum lege, *ut secure ac tuto cuivis Principi Imperij ac civitati sua colere sacra in posterum liceret.* Hæc *origo* est *laudata, tandem tamen non satis observata, Passaviensis Transactionis.*

(Albertus II. Marchio Brandeb. grave Noribergensibus bellum infert, armaque quoque in alias Imperij urbes convertit, imprimis

1548. *(Propter Interim multi Dd. Evangel. solum vertere coacti sunt, Brentius nominatim, Osiander. &c.)*

1549. *(Flacius Magdeburgum se recipien. multa scribit contra Wittebergenses.)*

1550. *(Bellum Osiandricum in Prussia auctore Andrea Osiandro.)*

1551. *(Georgius major necessitatem bonorũ operũ ad salutẽ urget; Idem postea ibidem Joh. Musæus publico scripto Jenæ edito præstitit, quod vocat Bedencken quodque recognovit in volum. majoris de Pœnitẽtia.)*

MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ
		Episcopatib⁹ maximè Babergensi & Würzburgensi terribilis fuit, donec eandem ipse omni ditione pelleretur.)		
		(Zolnocum Seczienum, Dregella & Giarmatum aliaq, circumjecta propugnacula, Regis Ferdinandi exercitu ad Palastum miserè caso ab Ale Bassa Budensi Ungaris ineunte mense Septembri adempta.)		*(Bellum Theologicum Ecclesiæ à Francisco Stancaro Mantuano Regiomonti motū.)*
		(Urbs Metensis auspiciis Heinrici II. Regis Galliarum ab Anna Mommorencio Regni Galliæ connestabili capta eripitur Imperio.)		
	1553.	*Edvardo* VI. *Angliæ regi* defuncto *Maria,* soror ejus, succedit. Matrimonium ejus ambit & obtinet *rex Hispaniarum Philippus II.* sed dum sterile est, frustra is Angliæ insidiatur. Interum caussa est *instaurata in Anglia Pontificia religionis, ejusq, persecutiones, quâ modici temporis spatio* IↃ CCC. *millia hominū periere.* Sed dum sacris Romanis prospicit in Anglia, ab exulibus *Anglis* diversa sacra in *Belgio* augentur.	1553.	*(Servetus Crematur Geneva.)*
		Paulus III. Papa, ob merita hæc Mariæ & Philippi, *Hiberniam* evehit ad regni dignationem, Hæc *origo prima* est *regni Hiberniæ, antea Principatus.*		
		(Bassa Budensis Capos, Ulrsvarum & Babozam arces Ungariæ occupat. Astraganum Regni Astracensis urbem opulentissimā, in qua celebre est Emporiū ad ostia fluvij Volgæ, ubi in mare Caspium exoneratur situm, Johannes Basili⁹ Moscorum princeps bello petitam, hoc anno potestati suæ subjecit, & Regnum illud Tartarorum astracensium eotum occupavit.)		
	1555.	*Comitia Imperij Augustæ* celebrantur. In his decretum fit: *Neque Principi, neque Comiti, aut Civitati ulli Imperij, ob religionis diversitatem alij Principes, Comites aut Civitates vim deinceps aut bellum ullum inferunto.* Atque hæc *origo* est *laudatissimæ Constitutionis de pace religionis per Germaniam obtinenda: in quam, tamquam fundamentalem legem, hodiè adhuc Imperatoribus Germaniæ juratur.*	1555.	*(Johannes Masso Gallus Andegavensis primus Ecclesiæ Reformatæ Pastor Parisiensis creatur.)*
		Non tamen pacata ejusmodi consilia admittere placuit in *Austria,* alijsque hæreditarijs Imperatoris ditio-		

Post Edvardi VI. immaturam mortem
...ges de Regni Successione invalescere con-
...tia. Duabus en. Henrici IIX fi-
Maria & Elisabetha, Edvardi testa-
...mento à Successione exclusis, Dux
...umbriæ, proclamata Regina Johan-
Graja, ad suam familiam transfer-
...nti; prodente verò Mariæ parte,
...anâ capite plexâ, regno succedens,
...tam antea Papæ Rom. auctoritatem
...ndis & interfectis religionem deformi
...fidentibus, in Anglia reddidit.
...m. Cranmerus, Latimerus, Riddæus
...tia Ecclesiæ lumina, è vivis fuere
...n temporis sublati. oiд. 1558.

Sub Rege Philippo II. hispanica decrevit Monarchia. Laborat hodie potissimum hominum inopia, quia 1. natura vitio nulla nimis faciundi. 2. Loca mediterranea ad alendos homines minus apta. 3. Scortationibus ac adulteriis tota fatigatur regio, prostitutione Veneris infestatur. 4. dimittunt in Americam eiusque insulas deductas colonias. 5. Bellis per multos annos in Belgio, regno Neapolitano, America aliisque hispaniae gestis, innumerabilem amiserunt copiam. 6. Classes, quas in Indiam quotannis transportantes.
7. Judaei cum Mauris Judaizantium ibou uno mense 150000 illorum expulsi.
8. Animadversa nuper saevitia in Catholicos conversa. ... ob id remedendis Petr. Ferd. Navarra, Regis Secretarius aliquanto scripsit.
9. innumerabilis copia Monasteriorum vid.

S. 1558. Maria, Angl. Regina, dicto Philippo II. Rege hispan. (a Carolo V. patre tunc temporis renunciato Neapoleos Rege & Belgii principe) displicuit Anglis, contra has nuptias conjurationem fecisse Elisabetham Mariae unicam sororem, apud reginam Papistae jactabant conscientiam ferventibus. Praecipuum crimen erat professio Reformat. religionis, unde Papistae, ne Mariam Elisabetha exciperet, omnia moliebantur. Conjectam scilicet in carcerem ac capitis accusatam Elisabetham, ut culpam fateretur neque de gratia dubitaret soror Maria urgebat. Cui Elisabetha renitens, innocentiam professa se nunquam (culpam confessuram) Reginae gratiam imploraturam negavit. Ingue hac miseria quinquennium transigens, mortem saepius expectavit. Usque Philippus II. licet Reformatorum persecutor, regium sanguinem effundi detestans, illam liberavit. Secuta insuper amissio Caleti, quae Mariam mortem maerore effecit. vid. 1558.

C. Essex)
Hunc comitem ... Britannia ...
Ut comitem ... bere Susj

* ... his imperfections ... Ambitious for honour ... constant in amity ... ally, affected to popul...
* ... equ... ... Angli ...

+ Elisabetha ex carc... ob morte ad vitam ... data, rescissis Mariae ... formatos decretis, ... totum pene Orbem ... nominis implet. ... Belgicum hispanorum ... eripit amor & subditorum ... fuit & Regio ... Sanguine ultima, ... historiarum Regum, quos ... ... data potitur per 45. anno... ... 13. classis invincibilis ... hanica vid. 1588.

Francisc. Guisiae dux Ca... expugnat. Regnum ... Anglus, ... in Gall... ... Quamquam ... ... majo...

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.

ANNI Christi.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

nibus. Hinc in ijs *magnæ perſecutiones* (*quarum nec hodiè finis eſt.*)

1556. (*Nicolaus Durantius Eques Melitenſis Cognomento Villagagnio eam Americæ partem, quæ Braſilia dicitur, adijt, & menſe Novembri obtinuit.*)

Tandem *Carolus V.* pertæſus imperij ac mutationum, prævidensque majores, exuit ſemetipſum Imperio, quod mox in fratrem *Ferdinandum*; cœteriſq; ditionibus ac regnis, quæ in *Philippum* filium ſtatim transferuntur.

Philipp⁹ igitur *II. Hiſpaniarũ rex*, præficitur *Belgarum* rebus, & quamdiu in Belgio agit, præſentia atque auctoritate impedit ſua, quo minus excitati religionis cauſſa motus majora caperent incrementa.

1557. (*Controverſia inter Haſſos & Naſſovios de Comitatu Catzenellenbogen ita compoſita eſt, Comitatus ille, abrogata Cæſaris Sententia, quæ eum ANNO 1548. Naſſovijs adjudicarat, Landgraviorum Haſſiæ eſſet.*)

FERDINAND⁹ I. Caroli V. frater.

1558. *Maria, Angliæ Regina*, moritur. In locum ejus *Eliſabetha* ſubſtituitur. Hæc ſacra *Pontificiorum* tollit, illis *Proteſtantium* ſuffectis. Retinet tamen hierarchiam epiſcoporum. *Inde illæ nuper Anglorum lacrymæ inque Eccleſia, & ſic Rep. mutationes.*

(*Johannes Baſilides magnus Dux Moſcoviæ, Livoniam bello aggreditur, eamq. magnam partem occupat.*)

1559. *Ditmarſi*, multis ſæculis libertate uſi, ab *Adolpho Duce Holſatiæ*, & *Friderico II. Daniæ rege* debellantur. Hæc *origo* eſt *manentis Danis Holſatisque hodiè Dimarſorum imperij.*

Livoni â *Moſchis* crebro vaſtantur, nec ex Imperio auxilium reportant. Ergò â *Polono* petunt & accipiunt opem, traditis ei præcipuis ditionis præfecturis. Hæc *origo* eſt *ampliſſimæ ditionis Livoniæ ad Polonos devolutæ.*

Gulielmus Naſſovius, Princeps Arauſionenſis, in Gallia ex Henrico II. intelligit, Gallos & Hiſpanos inter ſe de exſtirpandis hæreticis arcanum

1556. (*Fugij Helvetiorũ S. Bibliorum exemplaria publicè combuſta ſunt ex S. C. opera carnificis Lucernani.*)

(*Otto Heinric⁹ Palatinus Elector, & Carolus Marchio Badenſis Aug. Confeſſione in ſuis ditionibus propagare cœperunt.*)

1556. (*Prodit Paradoxon, quod B. opera ſint perniciosa ad ſalutem.*)

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

fœdus percussisse. Hinc omnia ei *Hispanorũ* consilia in *Belgio* suspecta sunt.

Idem paullo post uxorem ducit filiam Mauritij Saxoniæ Electoris, Augustanæ religionis sacris inhærentem. Hinc omnia ejus consilia in *Belgio Hispanis* sunt ac manent suspecta.

Philippus, Hispaniæ rex, ex Belgio in Hispaniã abiturus, sorori nothæ *Margaretæ Parmensi* mandat *Belgicum imperium*. Hujus, ut fœminæ, minor est auctoritas. Principem ei consiliarũ addit *Antonium Perennotum*, paullo post Cardinalem, contemtis Principibus Belgis, Hispanis tantem placentem. Hinc in eum procerum odia. Denique distributa provinciarum administratione, *Hollandiæ, Zelandiæ* & *Ultrojecto*, præcipuis munitissimisque Belgij ditionibus, regundis *Gulielmum Nassovium* imponit. *Inde rerum contra Hispanorum tyrannidem gerendarum post paullo huic oblatæ sunt opportunè imprimis occasiones.*

1560. *Carolus IX.* duodecim annorum adolescens, *Gallici sceptri* potitur. Tum *Guisii* regimen supremum rerum, minorennis regis nomine, in se cupiunt collatum, & illi quidem Pontificiæ religionis. His verò sese opponunt *Borbonii, Condæi*, alijque regij sanguinis Principes, omnes reformati. Hinc celebris illa in Gallia *factio Guisiorum*, & *origo horendorum bellorum, quæ religionis titulo velata, obtinendæ summæ auctoritatis caussa reverà gerebantur.*

1561. Auspiciis Põtificis Romani, & Philippi Hispaniæ Regis, *novi* in *Belgio episcopi* instituuntur, añuis ijs opibus ex Abbatiarum proventibus assignatis. Inde *contra Regem & episcopos mot⁹, etiã Ecclesiasticorum.*


1561. (*Sigismundus Rex Polon. postquam Livonicum Ordinem extinxit Gothardum, Ketlerũ postremũ Ordinis Livoniæ Magistrũ Curlandiæ & Semi Galliæ Ducem creavit.*)

Vulgus quoq; Episcopalis censuræ nomine credit Belgis obtrudi Inqui-

1560. Qui in *Gallia* ab Ecclesia Rom. desciverant, conventum celebrant *Turoni* ad portam Hugonis. Inde illis celebre est ac manet *Hugonottorũ* cognomentum in Gallia.

1560. (*Rex Mauritaniæ in urbe Fesa cum magna multitudine hominũ abjecto Mahumetismo christianæ fidei professionem amplexus & baptizat⁹ est.*)

Ferdinand. [illegible] Ferdinandi I. imp.
filius, [illegible] Philippina [illegible], [illegible]
[illegible] Carl
[illegible] Sybilla
Marchio Burgau, desponsatus postea [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible], Cornel. Agrippa. Trithemius.
Scotus [illegible] Philippina [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]



MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*ANNI Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*ANNI Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

sitionem Hispanicam. Hinc *novi, & prioribus majores, populi motus.*

Mox, eorundem auspiciis, quo religio Romana sarta non tantum maneret in Belgio, sed etiam propagaretur, *de Duacensi Leidensique Academiis instituendis* agitatum est. Ita spiritualia omnia auxilia mutationib⁹, sed nequicquam, Philippus opponit.

(*Hoc ipso anno Livonia publico & unanimi Ordinum Consensu clientela & potestati Sigismundi Regis Poloniæ se subjicit, Atque ita Ordo militum Teutonicorum in Livonia abrogatus est.*)

(*Albertus à Laseo Jacobum, Heraclidem Sami Despotam in Moldaviam introducit, Alexandrum ejus loci Principem Crudelem, una cum numeroso exercitu exigua manu fundit & profligat, & Jacobum Despotam in Regnum amplissimum & locupletissimum, usq; ad ultimos suos terminos victrici fortitudine adeptum reponit.*)

1562. *Pax religionis* in *Gallia* sancitur â *Carolo IX.* hac lege; *Nobiles in ædibus suis arcibusque; populus in templis suburbanis sacra sua libere exercento.* At ea á Guisijs mox est impedita. *Hinc longa atrocium bellorum in Gallia series.*

1563. (*Johannes Basilius Moscovitarum Princeps Polotiam urbem & Ducatum Lithuaniæ occupavit.*)

1564. (*Michaël Lopezius Legaspe auspiciis Philippi II. Regis Hispaniæ novas insulas ultra 40 vers⁹ Septentrionē reperit eaq; sub actas de nomine Regis sui Philippinas appellat.*)

MAXIMILIANUS II. (Ferdinā di F.)

1565. *Philippus Hispaniæ rex.* promulgandum *Edictum* curat, his legibus: I. *Edicta Caroli V contra Novatores observantor.* II. *Quæsitores fidei admittuntor, &, si opus, brachio sæculari juvantor.* III. *Concilium Tridentinū omnes admittunto.* Hæc Regis (aut male svadentium ac consulentium Regi) contumacia *origo est primo in clandestinas conjurationes, dein in bella palam erumpentium motuum Belgicorum.*

1566. (*Chius Ægæi maris Insula à christianis,*

1563. *Concilium Tridentinum* finitur. Id omnibus ubiq; obtrusum neque *Galliæ reges*, neque *Anglus*, neque *Protestantes Germaniæ Principes* probavere.

1564. *Maulbruni*, propè Spiram, conveniunt *Palatini Würtenbergensesq; Theologi*, illi *calvinistæ*, hi *Lutherani* dicti, & de re sacramētaria colloqvuntur, nec consentiunt. Hæc *origo prima est manētium adhuc hodiè dissidiorum inter eos, qui* CALVINI, LUTHERIq; *audiū* SECTATORES.

...ex hispanorum injuria pertaesi, suasu
...cipis Wilhelmi, principis Arausiaci, tunc
...pis duce, a Philippo II. defecti,
Gallorum Regis protectionem expetierunt.
...to illo, Henrici III. fratre, Fran-
...ciscus Dux Alenconius, totius Belgii prin-
...publice fuit declaratus. Mox
...Gallorum ferventi cupiditate Or-
...ac civitates Belgarum conjuratis
...issimas civitates una occupare co-
...fuit [illegible]. Sed Antverpiae ipso in
...[illegible] portas ac plateas [illegible]
...[illegible] mille circiter quingenti ad
...occisi portam, impleverunt. Iste
...sonius Dux in extremas [illegible]
...ias, visum [illegible]. Sic Galli [illegible]
...Burgundiam, amisere.

Urbs Gotha an. 923. extructa, per Joan. Frid.
Elect. firmata, 1567. penitus excisa. Cum
enim Joan. Frider. nobiles quosdam (ob caedem infames
[illegible] Imperio proscriptos) hic exciperet, nec Imperatoris
[illegible] probatis [illegible] dimitteret, [illegible]
Electoris et [illegible] fortalitium expugnandum, dele-
tum fuit. Dubitat hic obsidione [illegible] imperii [illegible]
[illegible] [illegible] accepit [illegible]
cum proscriptis eodem [illegible] Junior ex R.
[illegible] Frid. [illegible] a Carolo V. juxta Mulbergam [illegible]
[illegible], Maximil. II. [illegible] duxit, ibi [illegible]
reperta tormenta cum Caesare & Capti fratribus di-
[illegible] (Guilhelmo) Grumbach & Brücke. Cancellarius
in partes dissecatus, & [illegible], [illegible]
capite plexus est.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

1569. *(Sigismundus Augustus in Comitiis Lublinenſibus ſancivit, ut omnes Brussi Confeſſionem Auguſtanam ſequerentur & ne ad Regem niſi in caſibus reſervatis provocetur)*

1570 *Dux Albanus*, cum experiendo iam cognoſceret, venerationem terrore inter Belgas non obtineri, nomine regis *amneſtiam*, omniumq;, quæ cõmiſſa hactenus erant, remiſſionem ſolenniter curat promulgandam. At tum quo experiendo cognitum; eſt, fruſtra tyrannos ſubditis ignoſcere, ubi iis, omnem egreſſis modum, ſubdit ituto non poſſunt ignoſcere.

1570. *(Mauri Granadenſes ſpe auxiliorum Turcicorum & Africanorum incitati à Philippo II. Rege Hiſpaniæ defecerunt, ac proprium ſibi Regem crearunt.)*

(Nubunanga Rex Voaris, totius Japoniæ Rex factus eſt, ita tamen ut adhuc cognoſceret autoritatem Dairi.)

1571. *(Extincta familia Jagellonidum in Sigismundo Auguſto Poloni exteros Reges creare ſibi cœperunt.)*

Turca Cyprum vi expugnant. Hic *occaſus* eſt *Venetorum in Cypro imperij*, atque *initium ejus Turcis adhuc hodiè manentis.*

(Occaſione inquiſitionis Hiſpanicæ quam Philippus II. introducere conabatur Neapolitani libertatem affectarunt.)


1572. *Carolus IX. Galliæ rex*, Reformatis plerisq; Principibus & nobilibus ad nuptias ſororis Margarethæ & Henrici, titulotenus regis Navarreni, invitatis, ignaros eos ac incautos, facta armatorum irruptione, mactandos curat. Hæc eſt celebris *Laniena Pariſienſis*, ad cujus exemplum plures ſimiles in Gallia alibi, eadem veſpera, ſunt perpetratæ, quaque in ſola urbe Lutetiana ultra decem millia Reformatorum periere. Hæc *origo* eſt *ne quidem hodiè facis fidentium invicem ſibi Reformatorum ac Pontificiorum.*


Coſmus Medicæus, Florentino imperio per Etruriam latè exporrecto, à *Pio V.* Pontifice *magnus Dux Etruriæ* creatur.

[Handwritten marginal note beside 1572:] Ad haec capit Liga ... confoederationis Sancta, Papæ Rom. Regis Hispan. & ... Ducis Guis. ... pro Religione ... de haereticis. ... [illegible] ... regni Gall. à familia ... ad Reg. Hispan. ... Lotharingos a Carolo M. descendentes, vid. 988.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
		atur. Hæc *origo* est *magnifici tituli Florentinis Principibus hodieque manentis.*		
		Magnus cham Tartarorum irrumpit in *Moscoviam*, incendit *Moscuam*, adeoque fœde ac latè grassatur, ut perierint tum plusquam LXX. Moscovitarum millia. Hæc *origo* est *Moscoviæ adhuc hodiè infrequentius cultæ ac habitatæ.*		
		Dum *Princeps Arausionensis* in *Germania* copias colligit & instrumenta ad Belgium vindicandū in libertatem, aliquot exules *Belgæ* Bremæ ac Embdæ, in Orientali Frisia, classem comparāt. Hac instructa, dum alia omnia intendunt, *Brielam*, qui celeberrimus Hollandiæ est portus, vi tempestatis atque inviti feruntur, eamque occupant. Ad ejus rei famam *Flissinga* in Zelandia, *Enkhusa* in Hollandia boreali, opportuni itidem portus, ab *Hispanis* deficiunt. Hic *primus fundus* est, *cui secuta fœderatorum Belgarum res innituntur.*		
		Ab *Albano* harum maritimarum civitatum cura neglecta, *occasus Hispanicæ potentiæ in Belgio* fuit.		
		Deficiunt mox pleraquæ aliæ *Hollandiæ Zelandiæ*que civitates. Inde origo armatarum Albani expeditionū in Hollandiam: inde obsidiones civitatum, & *Nordæ* & *Harlemi* expugnatio; quibus, dedentibus sese, fidem non servat *Albanus.* Hæc *origo* est & *caussa constantiæ adversus Hispanos invictæ aliarum civitatum, inprimis Lugduni Batavorum famè & arctissima obsidione pene oppressæ.*		
		(*Hoc anno mens. Novembri visa est Stella illa nova in sidere Cassiopeæ, quæ cum immota diutius anno substitisset, sub initium anni 74. prorsus evanuit.*)		
	1573	*Philippus*, *Hispaniæ rex*, dum odio Belgarum in *Albanum* res in Belgio retro feruntur, revocat eum in *Hispaniam*, successore dato *Ludovico Requesenio*, magno Castellæ Commendatore. Is in ipso rerum aditu *amnestiam*, sed frustra, promulgat: judicantibus *Belgis*, ipso Hispanorum judicio ea se		


commi-






MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ.
		commisisse in regem, quibus certa venia à Principibus rerum nunquam datur. Hinc eorum consilia obstinata.		
		Sigismundo, stirpis Iagellonicæ ultimo in Polonia rege, mortuo, *Poloni Henrico Valesio*, Caroli IX. Gallorum regis fratri, *diadema* obtulere. Hæc *origo* est *Gallorum in Polonia imperij, sed, abeunte clam Henrico ad capessendum Gallicum regnum mox finiti.*		
	1574.	(*Dissensiones inter populum & Nobilitatem Genevensem bonam reipubl. formam turbant. Selimus II. universam Africam occupat.*)		
		(*Regnum Tunetanum in Africa à Turcis Sinane Bassa Duce circa mensem Septembri captum, & Goleta cæsis cum Præfecto Petro Carrera omnibus Præsidiariis Hispanis, solo æquata & Hispani spatio 36. dierum Africa ejecti sunt*)		
	1575.	Maximiliano Cæsare urgente, pacis Belgarum instaurandæ ergò *conventus solennis Bredæ* est indictus. At cum Auriaci, Hollandorum, sociorumque Legati peterent religionis libertatem, nec obtinerent tamen, re infecta est discessum.		
		Tum inter *Belgas*, qui ab Hispano defecerant, actum est *de potentiore aliquo domino, patronoque extero, eligendo.* In ea deliberatione offerunt sese *rex Galliæ, Regina Angliæ, & Germanici Imperii* quidam *Principes*, qui eadem sacra amplecterentur. At cum *Gallorum* res dissensionibus essent turbatæ, cumq; vix permissurus Cæsar videretur, ut *Imperij* quidam *Principes* caussam Belgarum susciperent; plurium votis ad *Angliam* itum est. Sed hæc non admittit oblatum Belgij, quod defecerat, Principatum: opem tamen haud obscure pollicetur. *Ita celebrior Belgij pars venalis aut donanda circumfertur, nec invenit vel emtorem, vel tanti muneris, quantum esse illud eventus ostendit, idoneum æstimatorem.*		
		(*Maria domina Jevera sola superstes Comitem Oldenburgensem heredem instituit,*		


MONARCHIA QUARTA *five* ROMANORUM	*Anni Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*Anni Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *five* RES SACRÆ.
		qua ratione ditiones ejus comitatui Oldenb. annexæ.)		
RUDOLPHUS Austriacus, Maximiliani II. F. impe- [illegible]	1576.	*Ludovicus Requesenius* moritur, & Belgium sine Gubernatore relinquitur. Inde Hispani milites passim tumultuantur, urbesque quasdam evastant: Ea occasione *Ordines* omnium *Belgij* provinciarum conveniunt *Gandavi*. Tum sancitur ibi *pax religionis, & restitutio libertatis in Belgio*, his præcipue legibus: I. *Ordines in singulis ditionibus sacra pro arbitrio exercere patiuntor.* II. *Sacrorum caussa vim nemini faciunto.* III. *Communib⁹ auxiliis Hispanos omnes Belgio exturbanto.* IV. *Inter fœderatos, quique defecere, ac alios Belgas pax æterna esto: Commercia ac quævis amicorum officia intercedunto.* Hæc *origo est celebris pacificationis Gandavensis, & toti⁹ Belgii, post nuperas discessiones, iterum conjuncti, sed paullo post iterum divellendi.* *(Familia Jagellonis in Sigismundo Augusto Rege Poloniæ extinguitur.)*		
	1577.	*Joannes Austriacus*, supremus *Belgij* Gubernator â Rege Hispaniarum instituitur. Is subdole pacificationi Gādavensi subscribit, Hispanū militem dimittit, sed interim clam aliū cōscribit, & insidiatur libertati. Ita ille *postremus* est *Gubernatorum in Belgio constitutorum ab Hispanis*, quos omnes simul admiserāt; & hæc *origo Præfectorū, quos sua sibi auctoritate Ordines deinde legere.* Ita *Matthias Archidux Austriæ*, Rudolphi Imp. frater, ab *Ordinibus* in *Belgium* (curandæ restituendæq; publicæ rei ac pacis gratia) est evocatus. *(Johannes Basilius Moscovitarum Princeps, Wendam Wolmariam, Kokenbusium & omnia trans Dunam Livoniæ oppida & arces oppugnavit.)* *(Martinus Forbisserus anglus navigationem instituens in regiones Occidentis & Septentrionis, superatis multis navigationum difficultatibus reperit auri tantam copiam, ut eo repleverit ducenta dolia seu tonnas, quibus novem & duo aphracta oneravit, quibus in Angliam reversus est.)*		





MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*Anni Christi*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*Anni Christi*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
	1578.	*Joannes Austriacus* moritur. Ei successorem dat rex Hispaniæ *Alexandrū Farnesium*, Ducem Parmensem. Is felix bello, fideique observans, multæ denique Princeps comitatis, partim vi, partim blanditijs, plurimas civitates sensim vindicat Hispanis. (*Henricus Julius Dux, Brunsvicensi gubernationi Episcopatus Halberstadensis inauguratur.*) (*Sebastianus, Lusitaniæ rex*, trajicit in *Africam*, ibique fœde cæditur, & cadit, liberis haud relictis. Inde *regnum Lusitaniæ* in *Henricum*, Cardinalem, Sebastiani propatruum, devolvitur. Sed eo, decrepito jam sene, anno proximo defuncto, *Philippus, Hispaniæ rex*, ex sorore Henrici Cardinalis genit⁹, tribuit sibi ac vi occupat *Lusitaniæ regnum*. Hæc *origo* est *omnium Hispaniæ regnorum in uno Philippo ejusq; successoribus conjunctorum.* (*Osmanes Bassa Temircapim sive Derbentum, interfecto Principe illi⁹ loci Schembali occupat, & Turcarum potestati subjectam in Beglerbegatus formam redegit.*)		
	1579.	Urgente Imperatore, *Coloniæ* jam agitur *de Belgarum pace*, sed frustra, cum libertati sacrorū non satis prospiceretur. Ab *Henrico, Galliæ rege*, celebris *Ordo Equitum S. Spiritus* instituitur. (*Polotia Sussa, Socola, Coziana, Niscenda & Crasna arces Poloniæ Rex, Moscoviæ Principi, qui diu eas possederat, eripit, & regno restituit.*) Cum Belgæ nonnulli, ac inprimis in Flandria Gandavenses, in homines Ecclesiasticos nimis grassarētur, ijsq; ejectis, pacem Gandavensem minus observarent, *Artesij* & *Hannonij*, aliique aliquot Gallobelgæ populi à reliquis Belgis ad *Hispanos* deficiunt, seque dedunt *Duci Parmensi*. Hæc *origo* est *Belgij in Hispanicum & fœderatum adhuc hodiè divisi.* Tum *Gelriæ, Zutphaniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Omlandiæ & Ultrajectinæ ditionis* Ordines Ultrajecti conveniunt, san-	1580.	(*Concordia Formula prodit.*)

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
		cientes sanctum æternumq; *fœdus* his legibus; I. *Provinciæ jam memoratæ æternum manento conjunctæ, nullaque de caussa divelluntor.* II. *Quavis ope sese invicem contra libertatis hostes juvanto* III. *Senatus supremus instituitor, in quo singularum provinciarum Legati ea curent, quæ ad hujus fœderis faciunt observationem.* Hæc est *Unio postrema Ultrajectina.* & *origo illius Belgicæ reipubl. quæ hodiè fœderata dicitur.*		
	1580.	*(Duces Holsatiæ Friderico II. Regi Daniæ in Fionia homagium præstiterunt fœdere inito perpetuo, ut Danum injuriarum vindicem agnoscerent, ipsum in hostibus propulsandis bello vel impetendis consulerent, Jussi suppetias ferrent, quippe Holsato hostis idem Danorum esset.)*		
		(Franciscus Draco Anglus cum Orbem circumnavigaret, supra Californiam detexit regionē quam novam Albionem seu Angliam appellavit & prædam inde amplissimā 24. tonnis auri æstimatā inde reportavit.		
		(Porro Rex Poloniæ Velisam & Usuiatam Moscovitis ademit.)		
		(Hoc ipso anno lues Epidemia quæ totam fermè Europam est pervagata & paulatim progressa, mense Junio Siciliam, Julio Romam & vicina Italiæ loca Augusto Venetias & Constantinopolim, Septembri Germaniam & Ungariam Octobri littoris Balthici urbes, Novembri & Decembri, Daniam, Sveciam & Livoniam infestavit.)		
	1581.	*Ordines* reliqui Belgij, quod ad Parmensem & Hispanos nondum defecerat, consilio communicato cum Ordinibus Ultrajectino fœdere conjunctis, cum nullum ex Matthia Austriaco esset auxilium, tandem *Francisco Valesio, Alenƒonio Duci*, fratri regis Galliarum, harum provinciarū Belgii dominium solēniter obtulere, pacti salvam, ut olim sub Principibus, libertatem, tum idoneam contra Hispanos opem. Accepit tandem id munus Franciscus Valesius. Hæc *origo* est *Valesiorum imperii in Belgio, sed ob hujus Valesii adversa libertati consilia, mox finiendi.*		



MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*ANNI Christi*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*ANNI Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
		Tum *Ordines fœderati*, alium jam dominũ agnoscentes, publico *edicto* pronunciant, *Regem Hispaniæ, omnesq; ejus posteros dominio Belgicarum provinciarum merito æternum excidisse.* Hic *occasus* est *Hispanorum in celebrioribus Belgicis provinciis imperij.*	1582.	*(Pax in Gallia inter Henricũ III. Galliæ Regem & Reformatæ religionis desẽsores publice confirmata & denunciata.)*
		(Philippus Hispaniæ rex regnum Portugalliæ occupat, & Ulyssipone coronam solenni pompa accipit; classem etiam mittit contra Antonium Lusitanum Ludovici Principis Portugalliæ filium, qui regno ejectus, Insulas Azores occupavit.)		
		Turcarum Imperator, missis Legatis Antvverpiã *ad Ordines fœderatos*, petit sedem in ea Urbe Turcis octodecim, & Stapulam mercium Græciæ ac Astæ, eandemque libertatem fœderatis offert Constantinopoli. Hæc *origo prima* est *Turcas inter & Belgas commerciorum adhuc hodiè intercedentium.*	1582.	*Gregori9 XIII.* Papa, quo ex Synodi Nicenæ sententia stato die pascha celebraretur, mẽsi Octobri eximit dies decem. Hæc *origo* est *Styli novi* qui *Gregorianus* vocatur.
		(Johannes III. Rex Sveciæ Narvam Livoniæ portum celeberrimum & munitissimum & Narvam Russicam fluvio à priore diremptam expugnavit & Jamagrodum & Coporiam Russiæ arces ac provincias multaque alia Russiæ & Livoniæ loca recuperavit & occupavit.)		Alij accipiunt eum, alii rejiciunt. Hæc *caussa* est *aliis Europæ gentibus veteris, aliis novi Stili adhuc hodiè usurpati.*
	1583.	*Franciscus Valesius Alensonius*, ambitione stat9, ac ægre ferens, certis pro libertate repertis legibus suam constrictam esse auctoritatem, struit eidem insidias, & tandem palam, sed frustra, Gallorum suorum manu occupare *Antvverpiam*, aliasque munitiores civitates contendit. Iis consilijs patefactis, *Franciscus Valesius* in *Galliam* abit, & mox moritur. Hic *occasus* est *Gallici Valesiorum Imperii in Belgio fœderato.*		
		(Philippus Rex Hispaniæ Insulam S. Michaëlis, Terceram, Pico, Fagal, Gratiosam, Flores, Cuervo & reliquas Insulas Azores vulgò nuncupatas, quas hactenus Antonius Lusitanus occupaverat, recuperat, atque ita regnum Portugalliæ universum in suam redigit potestatem.)		
		(Obijt hoc anno Georgius Ernestus ultimus Princeps Henneberg. cum quo extincta		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.

proſapia illorum Principum; Igitur ex pacto inita ANNO 1554. *inter Duces Saxoniæ & Langravios Hassiæ Principatum Hennebergenſem hereditario jure inter ſe diviſerunt.)*

1584. Pòſt hæc *Guilielmus Naſſovius*, (pòſt redditam feliciter aſſertamque Fœderatorum Belgarum libertatem) patricidiali manu, ab Hiſpanis immiſſa, occiditur.

Tum anxii *Ordines Fœderati*, *Elisabetham Angliam* iterum ſolicitant ad capeſſendum Belgii dominium. At id denuo abnuit, ſuſcipit nihilominus accuratius tuendam Belgarum cauſſam, mittitque cum pecunia & copiis idoneis *Robertum Dudleium*, Comitem Liceſtriæ, Belgiæ fœderati futurum militiæ Imperatorem. In pignus autem fidei, in manus & poteſtatem *Elisabethæ* præcipui Zælandiæ, unusque Hollandiæ portus dantur. Hæc *origo Belgii fœderati in præcipuis munimentis ſuis Anglorum reginæ oppignorati, ſed proximo liberando ſæculo, ære alieno ab ordinibus diſſoluto.*

Tartari Præcopitæ in Taurica Cherſoneſo, à Turcis ſubjugantur. *Hi ſunt illi Tartari, quorum ope Turca, quotiens volunt, utuntur.*

1585. In *Gallia* cum *Henricus III.* improlis ac eſſet deceſſur[9] crederetur ſicut factũ. & *Henricus Borbonius*, rex Navarræ, Reformatæ cultor religionis, ut proximus ſanguine regi conjunctus, ſucceſſor metueretur; *Henricus Guiſius* Lotharingus, aliique Pontificii fœdere ſe obſtringunt, nunquam paſſuros ſeſe Reformatę religionis Principem in Gallia regnare. Hæc *origo* eſt *Unionis ſive Ligæ Gallicæ*, quæ ſuis *Sancta* vocatur, & *gravium in Reformatos perſecutionum, plurimorum* deniq; *bellorum, quibuscum Henricus IV. in aditu regni deinceps commiſſus fuit.*

(In Japonia ampliſſima Orientis Inſula, longè ultra Indiam & Sinarum regiones in 60. *Principatus diſtributa, Chriſtianam religionem amplectitur.)*


ANNI Christi.

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

Idem *Gregorius* inſtituit *Romæ gymnaſia*, in quib[9] ſingularum nationũ, quæ aut Chriſtianam nondum amplexæ erant religionem, aut á Romana defecerant, aliqui ingenio excellentes Romanis ſacris ſtudijsq; imbuerentur; quo ſic Romana fides undique & reſtitui poſſet & propagari. Hæc *origo* eſt *celebriorum Romæ ſeminariorum exterarum nationum, & Societatis illius inceptæ De propaganda Fide.*

(Virginia

(Conſenſus



MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.

(*Virginia novi Orbis ad Septentriones obverſi Provincia navigatione Anglorum à Richardo Greinville, Ordinis Equeſtris viro, eo in Coloniam deductorum, hoc anno ſumtibus Walteri Ralegh Equitis Angli &c. Ex Auctoritate Eliſabetha Regina Anglia reperta & detecta eſt*)

1586. (*Franciſcus Dractus Anglia Claſſi Praefectus à Regina Anglia anno ſuperiori ad Hiſpania littora & americam verſus miſſus, capto menſe Novembri promontorio Viridi, totam ſ. Dominici Inſulam Hiſpaniolam ineunte Januario, & paulò poſt Carthagenam in terra firma occupavit, naves in portu plurimas à pecũia & mercimoniis onuſtas intercepit, oppida & reliqua Inſula caſtra & propugnacula diripuit & tormentis bellicis 242. avexit.*)

1587. *Liceſtria Comes* (delato circũſcriptoque legibus imperio in *fœderato Belgio* abuſus) quærentibus Ordinibus, ab Eliſabetha in *Angliam* revocatur. Sic Belgium eximitur præſentiſſimo periculo invadendæ à maleferiatis quibuſdam Anglis ſupremæ dominationis.

Sigismundus, Joannis III. Sveciæ regis filius hæresque unicus, *rex Polonia* ſalutatur, ea lege *ut patre mortuo in regno Svecia ſuccedat.* Hæc *origo* eſt *Polonici ac Svecici imperij paulò poſt in codẽ Principe conjuncti.*

1588. (*Sabaudus occupavit Marchionem Saluzzi, & Regno Gallia eripuit.*)

(*Defecit in Wilhelmo Roberto Principatus Sedanenſis linea maſcula; Hujus unicam filiam duxit vice Comes Turri⁹, ex quo conjugio Dux Bullioneus & Princeps Sedanenſis factus eſt.*)

(*Mauritius creatur Marchio vera in Walacbria Zeelandia.*)

1586. *Henricus Borbonius*, Antonij Borbonij, Navarræ regis, filius à moriente *Henrico III. Gallia rege, ſucceſſor* nominatur, magnaque cum difficultate ſuccedit. (*In Henrico III. familia Valeſia extincta eſt.*)

(*Moſcus Narvam Livonia obſidet, Kexholmam, Coporiam & Ivanogrodum ſive*

ANNI Christi.

RES PUBLICA RES SACRÆ, *sive* CHRISTIANORUM

1586. (*Conſenſus mutu⁹ ſ. Concordia in Chriſtiana religionis capitibus inter Eccleſias majoris & minoris Polonia, Ruſſia Lithuania, Samogitia quæ juxta Confeſſionem Auguſtanã fratrum Bohemorum & Helveticam interſe diſſentiebant, facta in Synodo & typis edita eſt.*)

Narvam *Sixtus*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
		Narvam Russicam à Svecis ante novenniū occupatas partim deditione, partim vi & armis recuperat.)		
	1590.	*(Mauritius Princeps Auriacus, Duce Parmēsi cum exercitu suo in Gallia Belligerāte, collectis copiis omnes penè arces & propugnacula ad Mosam & Rhenum extructa recuperat.)*	1590.	*Sixtus V.* Papa moritur. Is, corrasa undique magna pecuniæ vi, *decem auri milliones* in arce S. Angeli deposuit, præscripta successoribus ea lege, *ut ea pecunia non in alios usus, quam ad recuperādas ditiones ab Ecclesia alienatas impenderetur.* Hæc *origo* est *celebris Papalis thesauri, quo, urgente necessitate, adhuc hodiè Pōtifices utuntur.*
	1591.	*(Præterea hoc anno Batavis Zutphaniā, & Daventriam fortitudinè & stratagematè memorabili vindicat. Hulstum quoque & Neomagum Geldriæ metropolim reduxit.)*		
	1592.	Joanne, Sveciæ rege, defuncto, biennio post *Sigismundus Poloniæ rex*, cōcepto ante omnia solenni juramēto de privilegiis ac libertatibus Svecorū conservandis, exteris ad dignitates non ad movēdis, denique sola Augustanæ Confessionis religione admittenda, solo sacello regio excepto, in quo rex præsens sacra Romana celebraret, in *Svecia Regem* solenniter inauguratur. Sic *Svecia ac Polonia conjunguntur, sed non multo post iterum divellenda.*	1592.	*(Saxonia & Misnia visitationibus Ecclesiarum & Scholarū omnes Crypto Calvinistarum feces exturbare nituntur.)*
	1593.	Nunquam majores *regno Gallico* insidias *Hispani*, quam nunc, struxere per *Guisios*, id conantes, ut, *Henrico Borbonio* á Papa excommunicato, sui sanguinis Princeps solio Gallico imponeretur. Ejus rei metu *Henricus Borbonius* sacra mutat, amplectitur *Romanam religionem*, & á Papa absolvitur. Sic Hispanorum aliorumq; insidiæ, & Liga sancta, facilè dissolvuntur.		
		(Ludovico improle mortuo Ducat, Würtebergensis pervenit ad Fridericum Comitē Montpelgardensē, atque hoc modo ditiones iterum conjuncta sunt.)		
		(Christophorus à Teuffenbach, Zibaticam, Filecum, Devinum Sekzienum, Haynazcum Blauensteinam, Samozcum, Dregellam Palankam, Bessecum, Bivacum & Levam arces ultra annos 30. à Turcis retentas, trium hebdomadum spacio recuperavit, multa millia servientis jugo liberavit, hostiumque insignem stragem fecit.)		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*ANNI Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*ANNI Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
		Ernestus, Archidux Austriæ, qui in locum Ducis Parmensis in Belgio Hispanico successerat *de fœderatis Belgij Ordinib⁹ Hispano regi conciliandis*, sed frustra, agit.		
	1594.	(*VII. Provinciæ Belgij ab Hispanis vindicata in unum Reipubl. corpus redacta sunt.*) (*Ernest⁹ Fridericus Marchio Durlacensis prætextu debitorum exsolvendorum ditiones Marchionis Badensis occupat.*)	1594.	*Jesuitæ* in *Gallia* accusati, tanquam i[n] cædem *Henrici V*[*I*] immisissent percussorem *Joannem* *Castellum*, exulare extra Galliam jubentur, sed mox reversuri.
	1595.	*Comitia Procerum* in *Svecia*, absente ac prohibente Sigismundo rege, instituũtur. Ibi *Carolus Dux Sudermanniæ*, Gustavi regis filius, Sigismundi autem regis patruus, absente rege, *Vicarius regni* constituitur. Multi dignitatibus á Sigismundo ornati exturbãtur. Tandem decernitur, *nulla regis decreta in posterum esse promulganda, nisi prius ab Ordinibus regni approbata.* Hic conventus. Sudercopiensis á loco dictus, *origo est sequentium inter Polonos & Svecos gravissimarum dissensionum.* (*Circa hujus quoque anni initium Aaron Moldaviæ & Michaël Walachiæ Transalpinæ Reguli Sigismundi Barthorei Principis Transylvaniæ (qui & ipse paulò antè à Turcis defecerat) suasu & Conatu, à partibus & societate Turcarum recesserunt, & Turcis Judæis & Græcis omnib⁹ in ditione sua degentibus, promiscuè cæsis, & fœdere literis utrinque missis icto, Transylvanorum potestati se submiserunt, & iisdem conjuncti Turcis bellum inferre cœperunt.*) (*Moldavia à Polonis occupatur.*) (*Maximilianus archi Dux Austriæ Castellum S. Nicolai Saruasebam, Bebescham Erdekkum, & Czongradum arces occupat.*) (*Walachia Transalpina à Transylvano recuperatur.*)		
	1596.	(*Massilia urbs splendida & Populosa quæ hactenus Regi Hispaniarum paruerat, obedientiæ Henrici Navarrogalliæ Regis subjicitur.*)		
	1597.	(*Post obitum Alphonsi II. Estensis Papa Ducatum Ferrariæ tanquam Feudum Ecclesiæ ad se recepit.*) *Mauritius Princeps Auriacus Bergam ad Rhenum vel Rhenobergam, Miersiam,*		

MONARCHIA QUARTA *ſive* ROMANORUM	*ANNI Chriſti.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	*ANNI Chriſti.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ
		Alpenum, Grollam, Bredefortum, Enſchedam Oldenſelam, Oetmarſum, Göeram & Lingam Ordinum poteſtati ſubjecit.)		
	1598.	*Albertus Auſtriac.*[9] *Belgio Hiſpanico* præficitur. Is triennio poſt uxorem accipit *Iſabellam Claram Eugeniam*, Philippi II. Hiſpaniæ regis, filiam; *Burgundiam* autem ac *Belgium* in dotem, ſed ob ſterile illud matrimonium ad Hiſpanos Principes mox reditura. *(Bellum inter Clementem VIII. Pontif. Rom & Cæſarem Eſtenſem propter Ducatum Ferrarienſem anno præcedente exortū amica tranſactione componitur. Pontifex Rom. Ferrariam obtinet. Cæſar vero Eſtenſis Regium Lepidi, Mutinam & alias urbes retinet & à Rudolpho II Imp. Romani Imperij Princeps & Dux Regij Mutinæ & Carpi creatur.)* A *Gallis, Anglis*, ac *Belgis fœderatis* arctiſſimum *fœdus* initur de expediendis pariter armis adverſus Hiſpanorum deſtinationes: ac cautum ſimul, *ne quis cum Hiſpanis pacem faceret ſine mutuo cōſenſu.* Hoc *præcipuum* nunc fuit *Hiſpanicæ potentiæ, multa & magna clam & palam in Europa molientis, impedimentum.* *(Sigismundus Tranſylvaniæ Princeps Imp. Romano regionem ſuam Tranſylvaniam occupandam, poſſidendam, & contra Turcas defendendā Albæ Juliæ in Conventu Ordinum Tranſyl. præſentibus Imper. Legatis tradit; Exemplum ſecutus Michaël Walachiæ Tranſalpinæ, Weivvoda una cum ſuis ſubditis menſe Junio Legatis Imper ſimiliter homagium præſtitit.)* *(Pace inter Hiſpanos & Gallos ſancita & confirmata Henricus Rex Galliæ, Caletum, Ardam, Dorlentium, Caſtilletum, Capellam, Montbulinum & Blavetum Britaniæ Armoricæ arcem munitiſſimam ab Hiſpanis vigore tranſactionis recipit.)*		
	1599.	*Sueci* ſolennibus tandem comitijs ejurant *Sigiſmundum*, Poloniæ regem, addicto tamen filio ejus infanti, *Uladislao*, regno, ſi intra ſex menſes in Sveciam miſſus, Auguſtanæ Confeſſionis ſacris imbueretur. Id cum neutiquam admitterent	1599.	*(Rex Galliæ confirmatam Religionis libertatem publicari ſinit.)*

Poloni

Rex

1602. Mons. le Biron, Marechall d[illegible]
France [illegible] à receu 36. playes, p[illegible]
le bien du royaume [illegible] de [illegible]
Paris, par le commandement du Roy

1602 Dux Sabaud. Genevam a[illegible]
[illegible] [illegible] nocte [illegible]
[illegible] perdidit [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
1603. Ex [illegible] majoribus [illegible]
[illegible] qui [illegible] [illegible]
[illegible] plane [illegible], [illegible]
[illegible] omni devoti [illegible]
NB. Sequitur [illegible] [illegible]. [illegible]

MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ.

Poloni, *Carolus, Sudermanniæ Dux*, tandem accipit recusatum aliquandiu *Regis titulum*; addita á proceribus regni lege, *ut posteris ejus utriusque sexus id regnum maneret.* Hæc *origo* est *regnorum Poloniæ ac Sveciæ divulsorum, bellorumque dehinc inter utramque gentem, quæ, subinde, induciis interpositis, differuntur potius, quam tolluntur.*

1600. (*Prælium Flandricum, quo Batavi robustissimos Hispanorum & Italorum cohortes profligarunt.*)

(*Controversia inter regem Galliæ & Ducem Sabaudiæ de Marchionatu ita definitur, ut Rex Galliæ potiretur Bressia, Sabaudus Saluzzam retineret.*)

Gustavus Adolphus, Sveciæ rex, [redacted] VI. Novembris, cum longè jam lateque per Germaniam victor esset, in cruento *ad Lutzam* prælio etiam victor cadit: & in posterum res Svecorum per Legatos feliciter (si unam alteramve cladem excipias) administrantur. Hæredem regni habet *Christinam Gustavam* filiam, magna spe sub ductu delectorum aliquot tutorum regnantem.

1633. *Isabella Clara Eugenia*, Alberti Austriæ Archiducis vidua, moritur, liberis haud relictis. Sic *Belgium*, in dotem Austriaco datum, ad *Hispanos* revertitur, & curæ Belgicarum rerum *Ferdinandus Cardinalis Toletanus*, Philippi IV. frater, imponitur.

(*In Heilbrunensi & Francofurtensi conventu Svecicum fœdus cum Protestantibus firmatur.*)

(*Georgius Dux Luneburgensis prælio ad Hamelam victor ipsam Urbem post & Osenbrugam capit.*)

(*Arnheimius Saxonicus Belli Dux in Silesia bellum gerit.*) en faveur de l'Empereur

(*Lotharingius irruens in milites Svecicos profligatur, & hostis declaratur à Rege Galliæ*)

1634. Haud umquam alias in majori periculo *Austriacorum* simul ac *Svecorum* res sunt versatæ. Nam *Albertus Fridlandus Wallensteinius*, supremus militiæ Cæsaris Imperator, multę jam ac formidatæ auctoritatis, ad evertendam

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI *Christi.*

RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.

ANNI *Christi*

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

Auſtriacam domũ cum *Gallis ac Svecis* clam conſpirat, ſed in ea conjuratione deprehenſus, improviſo occiditur.

Sveci verò, comiſſo, *ad Nordlingam* infelici prælio, propè omnibus exuuntur. Mox tamen collectis iterum copiis ſe parant in ultionem, ac priorem ſolicitant & recipiunt fortunam.

Georgius Luneb. Hildeſia & Minda potitur)

(*Uladiſlaus Rex Poloniæ Moſcovitas ad petendam pacem cogit.*)

1635. *Galliæ rex*, ne, illata Svecis inſigni adeo clade, res Germanica plus acciperet detrimenti, bellum palam *Cæſari* ac *Hiſpano* indicit ac infert: præter alia cauſſatus, *innoxium Trevirenſem, Gallico patrocinio, majorum more, innitentem, licet repetitum aliquotiens, in captivitate hactenus detentum.*

Saxo autem, ea clade conſternat⁹, conciliare ſibi *Cæſarem*, pacemq; cum eo facere contendit. Initur ea *Pragæ*, hac inprimis lege: *Religionis libertas Saxonis, & omnibus hac fœderis lege comprehendi volentibus, talis, qualis anno XXVII hujus ſæculi, Novembris XII. fuit, in Germanico Imperio maneto.* Hæc *origo* eſt *celebris pacificationis Pragénſis*, quam cum Saxone quidam admittunt, alij (ut diverſa ſunt hominum judicia) repudiant.

Inter *Polonos* & *Svecos* (hac lege, *ut Sveci Boruſſia omni excedant*) induciæ in annos XXVI. prorogantur.

(*Saxo ad Witſtokium à Svecis caditur.*)


(*Cæſariani Galliam invadunt.*)

(*Friderico Daniæ Regis filio Bremenſis Archi-Epiſcopatus adſcribitur.*)

1637. *Urbanus VII. Papa*, inter tot Europæ motus, pacis ſtudioſus, amandat in Germaniam Legatum *Martium S. Angeli Cardinalem Ginettium*, ad animos diſſentientium, ac motus Principum componendos. At ea legatione, eaque opera nihil eſt effectum, (dum fortunæ alii, hactenus ſibi faventi, fidunt; aliis autem Romanæ conſilia-

FERDINAND⁹ III. Ferdinandi II. filius, multos inter motus regnat.

1637. *Epiſcopi Scotiæ* & *Angliæ*, auſpiciis *Gulielmi Laudi*, Cãtuarienſis Archi-Epiſcopi, curant excudendũ ac obtrudendũ Eccleſiis *Codicem novum Liturgiarum ſive cõmuniũ precationum.* Hunc, cum continere plurima deprehẽderetur, quę ejurata ſedis Romanæ ſaci a ac re-



"ou de Dieu donné."

Louis XIV. surnommé le **Grand**, fut né au 5. de Septembre 1638, & Roy 1643. Sa vie est plein de miracles dont il y en a eu jusqu'à sa naissance n'est arrivée, qu'aprés 23. ans d'attente; come si la nature eut voulu faire prejuger au monde, qu'elle luy allot donner un Maitre extraordinaire. Voicy donc quelques uns des ses actions. Bat. de Rocroy, Lens & Norlingue, prise de Graveline, Mardick, Dunkerque & Courtray. Restablissement de l'Electeur de Treve. Soulevement de Naple, consternation generale des Ennemis de la France. Pacification de fatales guerres civiles de 1600, & suivantes. Conquestes en Flandres en Italie & en Catalogne. Paix de S. Jean de Luz. Mariage avec l'Infante & la naissance de Monseigneur le Dauphin. Restablissement de l'ordre dans la Police dans les finances, & dans les Loix, deffence des Duels & du port d'armes aux Laquais. Sureté & propreté establiés dans la Capitale du Royaume, desfenne impossible, par les pavés. Comerce restauré par l'establissement de compagnies des Indes Or. & Occ. Sciences & beaux arts mis dans les perfections. Recompenses de tous les illustres tant aux armes qu'aux lettres. Rapidité de conquestes dans le Pays bas. Fameux passage du Rhin prés de Tolhuis. Prise de fort de Schenk Nimegue, Arnheim, Maestrich, & plus de 30. autres places en Hollande en moins d'un mois, de toute la Franche Comté en une Semaine & de la Lorraine en un jour. La prise de toute l'Alsace & de la Ville de Strasbourg, 1681.

Brisacum. 5. Schlacht [illegible]

[illegible]

MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ.

Aulæ, velut adversa aut suspecta offeruntur.)

1638. Fine anni *Brisacum à Gallis*, ductu *Ducis Saxo-Winmariensis Bernhardi*, expugnatur. Ita non modo celeberrimum Alsatiæ munimentum, sed, ut Austriaci appellant ipsi, clavis Germanici Imperij, in Gallorum venit potestatem.

(*Hoc quoq; anno Cæsariani Pomerania pulsi sunt.*)

(*Hatzfeldius in Westphalia Palatinos Principes in fugam dat.*)

(*Hanoviam stratagemate Comes ille recipit.*)

1639. Tandem apud *Carolum I. magnæ Britanniæ regem*, tantum obtinent *Episcopi*, eorumque fautores, ut in Angliâ classicum contra *Scotos* canatur. Inde concurrunt Anglici & Scotici exercitus in utriusq; regni confiniis; sed tandem, missis ultro citroque legatis, à Scotis obtinetur, ut militem dimittant, ea lege, *ut Synod⁹ nova Eboraci institueretur, facta a rege Deputato suo, Joanni Comiti Traquariæ, potestate, ut pro suo judicio, Regis nomine, omnia in ea Synodo statuenda, ac probata sibi, confirmaret.* In ipsa verò Synodo, eadem, quæ in Glasguensi, decernuntur, & à deputato regio, cū videret nullū alias futurū motuum finem, & æquitatem statutorum satis colligeret, confirmātur. At cum in *Parlamento Scotico*, mox cōvocato, solenni more, ejusdem synodi cōfirmatio obtineri deberet, *Deputatus regius*, aliis jam acceptis á rege mandatis, noluit eam à Parlamentariis regni procerib⁹ confirmari: cui cum obluctarentur Proceres, nomine regis Parlamentum confestim dissoluit. Hinc protestatio Procerū, *regi in Scotia ritè cōvocati & constituti Parlamenti solvendi non esse, aut fuisse unquam, potestatem.*

(*In Germania defuncto Bernhardo Vinariensi Gallus militem ejus recepit.*)

(*Bannerius Saxoniam Misniam ac demum Bohemiam invadit.*)

---

jecta præ se ferebant, Pastores plerique ac proceres nō admittendum censuerunt, inprimis in Scotia.

Ergò adversus Episcopus *Synodus Glasguæ* in Scotia celebratur, exclusis Episcopis, ut reis. In ea & *Episcoporum usurpata in Ecclesiis auctoritas*, & *novus Liturgicus codex*, & *quinque Ceremonia Perthēses* 1. genuflexio in S. cœna; 2. celebratio quinque dierum, Nativitatis, passionis, Resurrectionis, & Ascensionis Domini, & Descēsionis Spiritus S. 3. Baptismus privatus; 4. Cœna privata; 5. Confirmatio pastorū ad ritum Anglicanum) quæ observāda maximo pere hactenus Episcopi contendebant, damnatur. Hinc *atroces Episcoporum in Ecclesiam ac regnū conspirationes.*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

milites à limitibus removeantur, & quicquid libero commercio (utriusque, Anglorũ Scotorumque gentis) remoram ullam poſſit afferre.

Inter hæc *Episcopi*, (Primatesque Angliæ) eorumque fautores, urgebant, ut cauſſa illa bello tranſigeretur, alias atque alias rationes conquirendæ pecuniæ neceſſariæ comenti. Sed & tum complures *Angliæ proceres*, ſimul cum Londinenſib⁹, litteras ſupplices ad regem mittunt, quibus *regni ad extrema ruentem ſtatum; innovatione in cauſſa religionis per Episc.; monopolia in regno & exactiones; Comitiorum interruptionem aut omiſſionem; regni ærarij nervos omnes acciſos; deniq; præſentiſſimum periculum optimo regi in hac Scotica expeditione imminens* deplorãt & exponunt, rogantq; *ut primò cum Scotis inducia ineantur, eorumq; exercitui, intra certos constricto limites, ad præveniendam militarẽ omnem licentiam, ab Anglis ſtipendium perſolvatur; utque Comitia Parlamenti Anglici quam primum indicantur, in quibus cognitio omnium harum turbarum malorumque (majorum more) ſuſciperetur.* Utrique petitioni rex, videns præſentiſſimam neceſſitatem, annuit. Sic *Parlamentum* in *Anglia* convocatur, in quo dum rei *Episcopi* deprehenduntur, aq; Comitijs arcentur; dum in *Deputatũ Hiberniæ (Staffordum)* & *Archiepiscopum Cantuarienſem (Guilielmum Laudum)*, civilium motuum pręcipuos auctores creditos, capitali ſupplicio aut vinculis animadvertitur, ſtudia regis ac procerũ miſere diſtrahuntur, & tandem ad *bella inteſtina* recurritur.

(*Svecis è Bohemia repreſſis ſuccurrunt Luneburgicus, Haſſus & Longevillaus.*)

Sultan⁹ Morath, ſive Amurath, Turcarum Imperator, moritur. Succeſſorem habuit *Ibrahim* fratrem ſuũ, id eſt, Abrahamum.

Cataloniæ Principatus, proximus Aragonib⁹, munimentum ac clauſtrũ Hiſpanici Imperij contra Gallos, ab anno inprimis hujus ſæculi XXVI.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA RES SACRÆ. *sive* CHRISTIANORUM
	1640.	perpessus infinita Hispanorum militum ac ducum homicidia, latrocinia, adulteria, raptus, rapinas, incendia, & sacrilegia, legibus libertatibusque omnibus excisis aut enervatis, initium faciente *Barcellona*, ab *Hispano* ad *Gallum* deficit. *Lusitani* exemplum seqvuntur, ejuratoque *Philippo IV. Hispanorum rege*, regem sibi creant veteris regij in Lusitania sanguinis Principem, *Joannem Bragantium*, nominis IV. *illegitimos Castellæ in Lusitania reges illegitime insuper imperasse, libertatem (legesque regni) evertisse, tribunatibus & judiciis Castellæ Lusitanos (contra fas) subjecisse, demq. in utraq. India desertos sese ac indefensos, propè omnium avitarum opum jacturam fecisse*, publicis litteris caussantes. Hic *occasus* est *in Lusitania & Indicanis (aut alijs alibi) Lusitanorum ditionibus Hispanici imperij*. (*Gall⁹ expugnat Atrebatiũ vulgò Arras.*)		

FINIS CHRONOLOGIÆ BOXHORNIANÆ.



SEQUI-

Jean IV. scachant que Philippe
vit usé de quelque violence à
roit de Catherine Duchesse de
ance & fille de l'Infante Edouard
rand Mere, se laissa persuader que
ronne de Portugall luy appar,
i legitimement : pourtant fut
Roy le jour de Noël 1640, &
l regna quinze ans, laissa la
nne à son fils Alphonse VI de
m, sous la regence de Louyse
usmann Duchesse de Medina
nia, sa femme . Icelui fut
e digne de regner, tandis que
: regna pour luy. Mais ayant
le de son estat il epousa
e Françoise de Savoye fille
Charle Amedée Duc de Nemours
s il fit paroistre son incapacité
impuissance. Peu après on le
de laisser le gouvernement de
Royaume à Pierre son frere,
ayant epousé la même Marie
oise a fait conduire Alphonse
isle Tercera. Dom Pedro dom
ne le Portugall & ses apper
nces sous le nom de Regent
n luy obeit comme s'il estoit

11

y. Jean Armand du Plessis C. de Ri. [illegible] claro origine, magno ingenio fortuna eminentissimus, quod nisi ferme Sacerdos in patria, Theologus in schola, Episcop. [illegible], [illegible], [illegible] [illegible] omnia. an. 1624 primarius minister status creatus, tanti Regni magnitudinem ac [illegible] [illegible] incredibili sagacitate, Marte ac [illegible] promptius [illegible] administravit, felicitate famulante semper [illegible] est.

Excepit illum Mazarin. natione Siculus, [illegible] odia, [illegible] ac bella civilia [illegible] eum [illegible] [illegible] Regis animo defensus, regno expulsus, gloriosior redit. Pacem [illegible] [illegible] inter Gallos ac Hispanos [illegible], dignitatem suam [illegible].

" Bambettan, le pauvre peuple crie, vive le Roy " Une [illegible] " Le diable le [illegible] nous fait "

MONARCHIA QUARTA *five* ROMANORUM	*Anni Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximé, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	*Anni Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *five* RES SACRÆ.

SEQUITUR CONTINUATIO.

1641. *Luſitani* excuſſo jam fœdæ gravisque ſervitutis jugo, miſſis ad Chriſtianos Principes, Hiſpanis adverſos, Gallos imprimis & fœderatorũ Belgarum Ordines, legatis, pacem eorũ & ambiunt & impetrant.

Ad ipſa Ratiſpona mœnia Cæſari minatur Bañirius *verùm* Schlangio *intercepto, in fugam actus, paulò poſt Halberſtadij moritur.*

Invaleſcit Parlamenti in Anglia potentia contra regem.

Ad Wolfferbytum acre cum Cæſareanis prelium committitur.

Otto Comes Schaumburgicus *ſtirpis ſuæ poſtremus diem obit.*

Reipublicæ Venetæ proceres per Legatum Senatoremque ſuam *Aloyſium Contarenum* afflictæ Germaniȩ pacis conſilia offerunt; Hinc *Oſnabrugæ* Legatorum conventus indictus eſt.

1642. Obijt quoq; ~~mortem~~ *Johannes Armand⁹ Cardinalis, Dux Richelii,* ſub quo maxima foris res Gallica incrementa accepit, capta Alſatia, Lotharingia domita, Catalonia in ditionem Gallorum redacta, Belgio Hiſpanorũ territo, & validiſſimis aliquot ejus civitatibus expugnatis.

Succedit in Gallia Rex *Ludovic⁹ XIV.* minorennis, accedente autem bellorum & onerum, quæ ſubditis imperata erant graviſſima, tœdio, maximi tandem in Gallia motus excitati ſunt.

A Vinarienſibus & Haſſis acie ſuperatur Lambojus. *Ad Lipſiam denuo victoria & ipſa urbe potiuntur Sveci duce* Torſtẽſonio.

Gallis proſperi in Catalonia ſucceſſus; impares in Belgio.

In Anglia his primus belli contra Regem annus Rex ex contemtibili metuendus ex victo victor repente evaſit. Tam admirabili ſucceſſu, ut nihil tandem reſtaret Parlamento,

quam

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM | *ANNI Christi.* | RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere. | *ANN Christi.* | RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

quam aliquot urbes & propugnacula, nullus exercitus nullæ copiæ, mera desperatio superesset.

Lubeca & Hamburgi pacis negotia suscipiuntur.

1643. *Gallo-Vinarienses à Bavaro ad Dutlingam inopinatò opprimuntur.*

Louis XIII le juste est mort, le 14 May [illegible]

Bellum Parmense in Italia cum Pontifice exoritur, paulò tamen post sopitur.

In Belgio *Anguiensis* maxima clade Hispanos ad *Rokrojam* obterit, cruentaque victoria potitur, 19. May.

Conradus *Cæsareanus Dux Pomeraniam invadit; Sed à* Königsmarckio *ejicitur, qui & Halberstadium subigit.*

Rex Angliæ Glocestriam obsidet; Sed in hac obsidione fortuna totius belli circumacta est, & Rex enervatus fractusque; Parlamenti vero desperata conditio ad meliorem statū rediit. Londinenses enim quicquid restabat opum & virorum conferunt, Regem cogunt obsidionem solvere, & cum se reciperet propè Nuberiā alterū cōmissum est prælium; in quo victor fuit *Essexius*. Præterea Parlamentū in Scotiam Legatos miserant, illamque gentem auxilium evocarant; Initum ergò fuit fœdus, & Scoti cum firmo exercitu media hyeme Angliam ingrediuntur; Hiberni contra regijs partibus sese conjunxerunt. Ab eo tempore Parlamenti fortuna indies augeri, Regis decrescere, quamquam mira rerum vicissitudo esset.

In fine huius anni Torsthensonius *cū exercitu suo in Holsatiam, & inde porrò in Juttiam movet, & resistere conantes Danos disjicit.*

1644. *Dum Sveci bello Danico occupantur facilè recipiunt Cæsareani, quæ per Silesiam Moraviamq; illi nuper occuparant.*

Galli Anguiensi Duce stupenda pugnandi pertinacia in ipsis castris Bavaros aggrediuntur, donec commeatus inopia pellerentur. Deinde *Philippiburgum, Wormatiam Spiram*, aliaque ad Rhenum oppida subigunt.

ocroy. Mons. le duc d'Anguien
22. an de son age a fait
nnoitre son pouvoir & a prit
ute l' artillerie des Espagnols,
es de 60. drapeaux, tout leur
agage & plus de six mille
risonniers. † Le Comte de
Fontaines prefera alors une
mort honorable à une retraite
ne luy eût point esté si glo-
rieuse. Après la Mare-
hal de Guebriant, qui estoit sur
s frontieres d'Allemagne, luy a
mé ses troupes, & luy même a
it Rotoil, pour sa sepulture.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
		Propter Sundense teloniū, quod Rex Daniæ multis modis contra antiqua jura & consvetudines aggravabat, magnæ controversiæ inter *Danos & Batavos* oriuntur, quæ eodem hoc anno compositæ, & vectigalia ad certas leges & modum redacta sunt.		
		Inter Danos & Svecos terra mari que pugnatur vario marte. *Hornjus Scamam* invadit, cui Rex Daniæ suas copias opposuit.		
		In Anglia ad Eboracum maximū prælium committitur, in quo totius nobilitatis, quæ regias partes sequebatur, flos concidit. Secuta etiam urbis Eboracensis deditio, quæ post Londinum secunda toti⁹ Angliæ est, simulq; omnes Septentrionales Provinciæ præter paucas arces in potestatem venerunt. Montrosius tamen ex dissidiis hostium admirabilem rerum in Scotia successum nactus est.		*In Anglia ex controversiis de regimine Ecclesiastico Parlamētum scinditur in* dependentes & independentes; *Et quoniā factiones illæ magis Politicæ quam Ecclesiasticæ esse videbātur, non minus tamē in Ecclesia quàm in Republ. gravis mutatio consecuta est.*
		Gallassius *cum Cæsareanis movet in Holsatiam*, & Torstensohnij *copias jam interclusas dimittit & insequitur; Sed Castris* ad Bernburgū *positis ex instructissimo exercitu paucos reducit in Bohemiam.*		
		Fato Romæ fungitur *Urbanus* Pontifex; Succedit in Cathedra Cardinalis *Pamphilius*, stirpe Græcus; Ex eo tempore florentium hactenus Barbarinorum Principum defuncti Pōtificis nepotum, res retrò ferri Romæ cæpere.		
	1645.	*Cæsar cum Transylvano, Danus cum Svecis pacem constituunt. Sveci Cæsareum exercitum iterum prælio superant, cæso* Götzio, Hatzfeldio, *& alijs Ducibus captis; instanteq; parta victoria, Viennæ sedi Cæsaris terrorem incutiunt.*		*Thorunni conventus indicitur ad tollenda in Religione dissidia; Sed hinc alia adhuc nata sunt,* Calixti *sententiam amplectentib⁹ Regiomōti* Drejero, *Helmstadiensibus, Rintelensib⁹, & Altorfinis.* Hulsemannum *verò sequentibus Wittebergensibus, Lipsiensibus Regiomontanis, Giessensib⁹*
		Bellum inter utramque Hassorum domum exoritur.		
		Ibrahim Imperator Turcarum insulam Candiam invadit, ac ditioni suę totam adjecit, usque ad unicam urbem Candiam.		
		Fairfaxius obsidionem Oxonii solvere jubetur & cōtra Regem pugnare. Comittitur præliū in comitatu		

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ
		Northamptoniæ propè pagum Nasebin. Miraculosè & contra omnium hominum spem Rex vincitur & fortunæ ipsius ultimus finis imponitur.		*sensibus, Argentoratensibus & plurimis boaiè Theologis.*
	1646.	Galli post *Grevelingam* in Flandria captã *Dynkerkam* obsident & capiunt: Ita celeberrimi Flandriæ portus in Gallorum potestatem venere.		
		Deficit linea Landgraviorũ in Leuchtenberg, *quem Landgraviatum obtinuit Dux Bavariæ, eumq; filio juniori* Maximiliano Philippo *assignavit.*		
		In Anglia Rex Carolus rebus desperatis, in Castra profugit Scotorum; ipsaque Oxonia cum multis Proceribus Fairfaxio deditur.		
	1647.	Wrangelius *occupat Brigantium & Meinaugiam Acronij Insulam. Vinariensis exercitus veterani Equites à Turennio injuria affecti ad Königsmarchium trãsieunt.*		
		Polonia gravi motu concutitur, ejus causæ *Uladislai* Regis obitus, Jesuitæ Russis templa sua eripientes; nobilium quoque in rusticos tyrannis; Inde hi per Russiam & Lithuaniam contra Dominos insurgebant, Jesuitas aliosque sacrificulos ingen. numero è medio sustulerunt & Cosaccos & Tartaros in Poloniam & ad prædæ societatem evocabant. Metuebat tota Europa, ne illa Tartarica rabies usq; ad Mare Balticũ omnem Poloniam raperet; atque ita neglecto agrorum cultu generalis occidẽti fames induceretur. Post longas contentiones creat⁹ tandem Rex *Casimirus* Uladislai frater, qui segnibus ad bellum gerendum Polonis in Russia à Cosaccis circumventus, eas pacis conditiones accepit, quas necessitas imperitabat. Sic Polonia respiravit à bello ita tamen, ut diu nondum pax fuerit.		
		Thomas Angelus Piscator quidam, orta forte rixa in foro Neapolitano inter regios ministros & fœminam quandam nescio quid vendentem,		

concita *Johan.*

…+6. le 26 Decembr. mourut
…nry de Bourbon, II. du nom,
…ce de Condé. Après laquelle
…r. le Duc d'Anguien fut nomé
…nom du premier Prince du Sang,
…moment, que son pere mourut.

1649. Les années 49. 50. 51 & 52. sont redoutables la fort de France & horreur à tous ceux qui en sont sensibles.

MONARCHIA QUARTA *five* ROMANORUM	*ANNI Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	*ANNI Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *five* RES SACRÆ
		concitato tumultu sese totius populi Neapolitani Ducem constituit, tanta majestate, ut nullus umquam Monarcha majori reverentia cult⁹ â subditis, quam ipse ab ingenti Neapolitanorũ multitudine fuerit. Vix credibilia patravit, nisi recens fama credere nos cogeret. Tartari facta irruptione in Sinæ Regnum obsederunt urbem *Pequin*, eaq; capta Regem strangularunt, ac postea universo regno potiti perhibentur.		Johannes Duræus *Scotus Orthodoxos & Reformatos in fidei articulis dissidentes conciliare frustra nititur.*
	1648.	*Inter* Philippum II. & Ordines Belgij *perpetua pax constituta est, qua Rex Hispaniæ illis Provinciis in perpetuũ renunciavit.* Königsmarckius *arcem Pragensem cum ingenti præda intercipit; Inde reliqua etiam urbs oppugnatur; dum nuncij pacis* Monasterij & Osnabrugæ *inita, arma ponere jubent. Magnum igitur & ingens Germaniæ bellum quod ante annos* XXX. *in Bohemia fuerat exortum, ad eandem desinit.* *Novo certè exemplo Octavus in Germanico Imperio Elector placuit.*		
	1649.	Angliæ Scotiæ Hiberniæq; *Rex Carolus Stuartus* captus, securi ab Anglis publicè percussus, regiaq; omni sobole, regio nomine ac jure exuta magna conversio rerũ ac mutatio facta est. Defecit enim Hibernia & separatio Angliæ & Scotiæ facta est, qua illa titulum reipublicæ assumsit, hæc verò in certa fluctuavit. *Pax supero anno conclusa toto Imperio vulgatur.* Memorabilem de Turcis victoriam Veneti referunt.		
	1650.	*Vivere desinit* Ferdinandus Bavar⁹ *Archi-Episcopus & Elector Coloniensis, cui in Archi-Episcopatu Coloniensi, Hildesiano & item Leodiensib⁹ nepos ex fratre Maximilianus Heinricus: in Episcopatu Paderbornensi* Theodorus Adolphus de Reek *in* Monasteriensi *verò* Christophorus Bernhardus *de* Gahlen successerunt. *Confœderatorum Unio contra Hispanos*		

MONARCHIA QUARTA sive ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM sive RES SACRÆ.

Haga Comitum à VII. Provincijs renovatur amplificatur & confirmatur.

Heinricus Ducis Bulionæj & Principis Sedanensis *filius, propter Conspirationem cum Hispanis Principatu Sedanensi exutus duodecies centena millia librarum Turonensium pro illo Principatu compensationis loco accipit.*

Imperator Ferdinandus III. Ost-Frisiæ *Comites Principes creat.*

1651. Hibernos Scotosq; magnis cladibus atterunt Angli & à Regis juvenis obedientia avocant. Poloni Tartaros & Cossaccos ad Berestezkovium cædunt & profligant.

Fœderata Belgarum Republica, cum antea supremum militiæ Imperatorem & Gubernatorem plerarumq; Provinciarū è Domo Auriaca constitutum habuisset, suspendi ipso tempore summæ dignationis & potentiæ suspectum officiū placuit, Etenim Wilhelmus Henricus *qui unus ex Arausionensibus supererat per ætatem nondum erat muneri sustinendo. Hoc pacto summa rerum ad solos singularum Provinciarū status trāsiit, qui in dicto Conventu potissimū de militia leges condiderunt, statuj suo maxime convenientes.*

1652. Toti in stabilienda nova República Angli, quib9 & Scoti acquiescunt, Hiberni coguntur, attoniti spectant Principes, expectant exitum iñumeri, metuunt dum sperant alij, minantur victores etiam dum fœdera pollicentur; Regia deniq; potestate abrogata, Cromvvelli9 Reip. fit Protector.

Dum Galli factionib9 domi, belloq; civili agitantur, Hispani in turbido, quod ajunt, piscati, rebus suis egregie prospiciunt, in Flandria Gravelingam, ipsamq; Dünkerckam, in Catalonia Barcinonem Principem Regni civitatem expugnant; In Italia Ducatu Monferratensi, capto Casalio, Gallos ejiciunt, Duciq; Mātuæ velut legitimo Domino Provinciam restituūt.

1653. Hohenzollern, Eggenberg, Lobkovvitz, Salm, Didrichstein *in Gratiam Cæsaris Principatus titulum accipiunt, nor*

absq;

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICÆ RES SACRÆ, *sive* CHRISTIANORUM

absq; gravibus Ordinum Imperij contradictionibus. Sunt plerumque Vaſalli domus Auſtriæ.

1654. Chriſtinæ *Reginæ Sveciæ, quæ ſponte ſe Regno abdicarat,* Carolus Guſtavus *Palatinus Catharinæ Guſtavi Adolphi Sorore natus ſucceſſit.*

Moſcovitæ invadunt Lithuaniā expugnantque Smolenſcium.

Inter Batavos & Anglos pax tandem initur. Novum bellum propter religionē in Helvetia exarſit. Nam cum aliquot familiæ apud Zvizenſes & Cantones *alios Evangelium fuiſſent amplexæ: Svicenſes capitali ſupplicio in illos animadverterunt. Hoc tolerare noluerunt Tigurini & Bernates, tanquam fœderi & paci contrarium. Tandem ad arma ventum ac bellum atrox inter* Tigurinos & Lucernates *exortū; Donec tandem interponente ſe Rege Galliæ, hoc bellum fuit compoſitum.*

1655. Sveci movent in Polonos bellum deprecantes; *Caliſinenſis, Poſnavienſis & Cujavinenſis* Palatini ſeſe ſubmittūt Svecis, eosque recipit *Warſavia, Cracovia Thorunium, Elbinga.*

Cromwellus omnes Papicolas univerſa Anglia proſcribit.

Chriſtina Regina Orthodoxam fidem, una cum non minori ſalutis quā æſtimationis ſuæ diſpendio, deſerit, & Papiſticam Oeniponti publicè profeſſa Romam peregrinatur.

1656. Poloni Tartarorum viribus aucti arma arripiunt, & Svecos Regno pellere conantur, qui à Danis etiam infeſtati illud regnum atque bellum deſeruerunt.

Galli in Italia Valentiam occupant.

obiit Ferdinandus III. die 2a Martij — 1657. Tranſylvaniæ Dux *Ragotzius* movet in Poloniam ſed amiſſo exercitu cum paucis elabitur, & ad ſua revertitur.

Auſtriaci, Poloni, Dani, Brādeburgicus *etiam adverſ⁹ Svecos uniuntur sed infelici ſucceſſu; Siquidem Sveciæ Rex ſua retinuit & Daniæ Rex plurima amiſit, quæ in Regis Sveciæ poteſtatem venerunt.*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

LEOPOLDUS consilio, industria & paulò post rerum gestarum magnitudine celebris, unanimi Electoratꝰ consensu & totiꝰ Imperij applausu anno ætatis 18. Imperator eligitur & coronatur cujꝰ Dᴇꝰ alij ad Imperij Rom. utilitatem annos & felicitatem augeat.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

ANNI Christi

1658. Ragotziꝰ quod Polonico bello improvide se miscuerat á Turcis Principatu suo pellitur.

Cum hactenus Ducatus Prussiæ feudum Poloniæ fuisset, hoc tandem anno Rex & Respublica Poloniæ Electorem Brandeburgi cum omni feudo & homagio liberarunt, ac Prussiam Ducatum absolutum à nullo superiori dependentem fecerunt.

Sveci occupant *Fioniam*, Insulam; Indeque inaudito nisu per glaciem Balthici maris profecti *Sialundiam* profecti *Coronaburgum* obsident.

1659. Annus hic propter pacem inter Hispaniæ & Galliæ Reges sancitam memorabilis est.

In Anglia Olivarij Cromvelli obitum ingens rerũ mutatio secuta est. *Richardus* enim quam a Patre acceperat dignitatem, adeo tueri non valuit, ut altero statim anno illo exueretur, redigereturque ad privatam sortem. Ita vis Imperij ad præfectos copiarum militariũ redijt, qui cum clandestinos cœtus dudum agitassent, tãdem & Parlamentum à Richardo cõscriptum dissolverunt, & Richardo ipsi Protecturam abrogarunt suoq; arbitrio regere cæperũt Rempublica.

1660. *Plurimis in locis hoc tempore pax initur. Quæ erat inter Galliæ & Hispaniæ Reges jam firmatur matrimonio. Bellum etiam quod erat inter Cæsarem, Poloniæ Regem, Electorem Brandeburgicum fœderatos, & Suecos, itemque inter hos & Danos componitur. Britanniæ Rex* Carolus II. *magno populi Anglicani studio in regnũ reducitur. Churlandiæ Dux ex captivitate dimissus ad sua redit.*

Massilienses sæpe rebelles sub Regis sui rediguntur potestatem.

Dictã pacem ingens in Daniâ regiminis secuta est conversio. Nam cum antea Danorũ Reges non jure natalium, sed Electorum voluntate & ex Senatus potiꝰ Nobiliumq; quam suo arbitrio imperassent, Clerus populusque Daniæ Friderico III. imperiũ magis absolutũ & Domus ejus in regnum sine prævia electi

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.

ANNI Christi

Marchio Franciscus Josephꝰ *Borri Mediolanensis jactans revelationes Angelicas, se esse Pro-Christum seu defensorem Christi, chiliasmum invento prius lapide Philosophico, armis à se statuminãdum, Mariam Deam, immò Spiritum S. incarnatum, in Eucharistia etiam Mariæ cũ Christi corpore adesse, tres Deitates, aliaq; plura cum Enthusiastis communia ab Inquisitione Romæ &*

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM

ANNI Christi.

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, carum maximè quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.

onesuccedendi concessit, Reges que suos non fieri deinceps sed nasci voluit.

1661. In Anglia restituuntur Episcopi & antiqua regiminis forma reducitur. Fanatici homines, qui turbas Londini excitarant supplcio afficiuntur, neque tamen reliqui turbare desinunt.

Monasterium urbs Westphaliæ ad arbitrium Episcopi sui se componere militemque recipere cogitur, cui Castellum ad oppidanos in officio retinendos, imponitur.

A Chinensibus insula Formosa, trucidatis & ejectis Belgis occupatur.

Sub *Wilhelmo III. Ludovic. XIV.* Rex Galliæ, Principatum Arausionensem occupaverat, castellum quod natura & arte in expugnabile erat funditus evertit; sed hoc anno Principatum in libertatem restituit.

1662. *Antiqua inter* Oldenburgicos *&* Bremenses *de telonio Visurgis lis fuit, donec tandem Cesar Ferdinandus III. cum consensu Electorum sententiam pro Antonio Gunthero Comite Oldenburgensi contra Bremenses pronunciaret, eidemque jus telonij in Visurgi adjudicaret. Hujus telonij, in quemcunque vellet, donatione & testamento transferendi jus à Cæsare Leopoldo hoc anno obtinuit Comes Oldenburgensis.*

Rex Galliæ portum *Dünkerckanum* 15. tonnis auri ab Anglis redimit.

Hispani invadunt Portugalliam & nonnulla ibidem expugnant loca, *Gurumenam sc. Montfortium, Ocratum & Ugelam.*

In Anglia supplicio afficiuntur malefici & nonulli judices ex his qui Regem condemnaret.

Mercatura in Russia turbatur & affligitur propter monetam Cupream.

Mater Turcarum Imperatoris juniorem filium annorum 14. proclamari Sultanum curat, quem mox Imperator in cœna strangulari jubet.

1663. Indiæ Orientalis oppida Portugallis ab Hollandis eripiuntur.

Turcæ denuo invadunt Hungariã,

ANNI Christi.

RES PUBLIC. CHRISTIANORU *sive* RES SACRÆ

Mediolani haresē damnatur.

In Gallia Refo matorum templa d struuntur.

Papa Bullam edi qua decernit: Beat Mariam sine peccat Originali fuisse conce ptam.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se opposuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ

obsident & expugnant munitissimum oppidum *Neuheusel*, aliasque in superiori Ungaria loca recipiunt.

Electoris Brandeburgici summa potestas in Prussos stabilitur eique denuo juratur.

1664. Papa *Urbanus VIII.* Ducatum Castro Duci Parmæ propter debita eripuerat tanquam feudum Eclesiæ, unde bellum exortum. Controversia tandem autoritate Ludovici XIV. Regis Galliæ hoc anno composita est, ut Castro Parmensi restituatur ipse pecuniam Papæ exolvat.

Erfurtensium civitas tumultibus nimiopere vexatur, Gallique militis auxilio in potestatem pervenit Archi-Episcopi Moguntini, qui & hodiè urbe potitur.

Angli bellum parant contra Belgas fœderatos, eorumq; navigia haud pauca intercipiunt, & Novum in *America Belgium* cum *Amsteloamo novo* iisdem eripiunt; Belgæ verò Castellū Promontorio viridi impositū ab Anglis nuper captum, aliaq; nonnulla aureæ Guineæ loca recipiunt.

1665. *Lubomirski*⁹ Mareschallus regni Poloniæ, obnitens consultationi de successore olim Regis eligendo, quam conjux Regia in favorem nationis suę Gallicæ urgebat in Comitijs, aliquib⁹ contradicentibus, Patriæ Regisque proditor declaratur, Regisque copias, associatis Nobilibus Majoris Poloniæ profligat.

Episcopus Monasteriensis, miles celebrior, pecunia Anglica conduct⁹ Transisalaniā invadit; Sed Gallorum Electoris Brandeburgici atq; Luneburgensiū Ducum auxiliarias cohortes metuens, timidus cum Belgis amicitiā renovat.

Magdeburgum Elector Brandeburgic⁹ ad homagium Saxoniæ Principi Augusto *Archi Episcopatus administratori, sibique post obitum Augusti Archi-Episcopatum consecuturo præstandum & copias præsidiarias recipiendas adigit.*

1666. Angliæ Rex cum sua nobilitate rejecto habitu Gallico alium sibi & suis sumit & fingit.

Neoburgicus *omnes Evangelicos è sua ditione migrare jussit, contra Brandeburgicus è suis vicissim jure retorsionis omnes Papistas extrusit.*

Nova à Romano Catholicis introducitur S. Trinitas cujus persona JESVS Maria Joseph.

MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	*ANNI Christi*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	*ANNI Christi.*	RES PUBLICA CHRISTIANORUM *sive* RES SACRÆ.
		Pro ambagibus litium forenſium coërcendis *Codex Ludoviſianus* à ſex cauſarũ in Parlamento Patronis conſcribitur & Duellorum licentia ſeverè coërcetur. *Societas quoq́; Eruditorum* ad imitationem Regiæ Anglicanæ & mercatorum in utramque Indiam negotiantium inſtituitur. Bellum quod *Belgis* cum *Anglis* erat, hoc anno acerrimè geſtum eſt. Claſſibus ingentibus utrinque inſtructis in quintum pugnatur diem, majore tamen calamitate Belgarum, quam Anglorum. Claſſe mox reparata ad Tameſis oſtium reverſi Belgæ ab Anglis poſt acerrimum & cruentum prælĩu cum clade rejiciuntur. Hinc Angli portus obſident Belgicos & ad Flielandiam inſulam multa incendunt Belgarum navigia mercibus onuſta.		*In Turcia* Sabbatæj Sevi *Pſeudo Meſſias Judæis per univerſam Europam atq́; Aſiam ſpem ſuam in illo poſitam incautè prodentibus, coram Imperatore metu ſupplicij, Mahumetanam ſuperſtitionem amplectitur.*
	1667.	Galliæ Rex Hiſpanicis in Belgio Provincijs bellum infert & *Tornacum Duacum*, *Contracum* & inſulas, Germanis Ryſſel, Flandriæ urbes, vi ad deditionem compellit, & Burgundiæ Comitatum invadit. *Diſſidiũ inter Electores*, Moguntinum & Palatinũ *de Wildfägionatu* (*ut loquuntur*) *componitur.* In Perſia Regis demortui filius ſucceſſor Judæos ob negotiationes iniquas incolis graves extirpat.		*In Moſcovia Synodus quatuor Patriarcharum à Magno duce, dum pro Filio regnum Polonorum ambiret, convocata aſſeverat, Græcæ religionis homines, ſi totos ſe Romanæ fidei addicant ſalutem poſſe conſequi.*
	1668.	Africæ Imperio Taffilet Morocẽſi & Fezenſi regno ſubacto inhiat. *Anna Maria Auſtriaca* conſilio Senatus bellum adverſus Luſitanos perſecuta, premente Belgium Hiſpanicum Gallo paciſcitur, Ducesque Bragantiæ legitimos regni Portugalliæ hæredes atq́; Reges agnoſcit. Conatus mare mediterraneum per foſſã cum Oceano committendi poſt Carolum M. cæptus, quòd in terram aquas haurientem, inciderit, irritus deprehenditur.		*Controverſia* Janſeniana *in Gallia ſedatur.*
	1669:	Galliæ Rex Nobilitati ſuæ concedit poteſtatem faciendi mercaturam,		

quod *Ponti-*

[M]ONARCHIA QUARTA *ſive* [R]OMANORUM | *Anni Christi.* | RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maxime, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere. | *Anni Christi.* | RES PUBLICA [C]HRISTIANORUM *ſive* RES SACRÆ

quod alias iſtius gentis nobilib⁹, ſine detrimento dignitatis & generis non licebat. Idem Rex omnes Gallos ac imprimis opifices gentis ſuæ, qui in exteris agebant religionibus, ſevera comminatione in regnum ſuum revocat.

12000. [illegible] 60000. [illegible]

Candiæ *urbi diu laboranti ſuccurrunt Brunſvicenſes & Lüneburgenſes copiæ auxiliares & rem ſtrenue gerunt: Gallorum ſuppetiæ eò miſſæ Beaufordio duce, caſtra Turcarum invadunt, ſed cum clade rejiciuntur, ipſeque Dux perit. Quo facto urbs iſta Turcis dedita ea lege, ut Venetis maneant* Suda, Spina longa, Carabuſa & Tini.

1670 In India Orientali Regem Macaſſare bello Belgæ vincunt.

In Hungaria & Croatia detegitur conjuratio, cujus autores & Principes *Ragotzius*, *Petrus Serinius*, *Joh. Eraſmus Tettenbachius*, *Frangipanius* & *Nadaſtius* Comites capti, anno mox ſequente puniuntur.


Elector Brandeburgicus & Duces Lüneburgenſes Tettenbacchii *Comitatum* Regenſteinenſem *ad ſe devolvi quuque putant; Priores tamen Brandeburgici occupant.*

Diſſidium de oppido Hæxtero, *in quod Epiſcopo Monaſterienſi ut Abbati Corbejenſi ſubjectum & immorigerum, Duces Brunſvico-Lüneburgenſis Protectorio jure uſi Præſidium immiſerant, ad Tractationem* Bilefeldenſem *rejicitur, in qua deinde hoc negotium ſuſpenſum eſt; Illi verò Duces exercitu ſuo circumſident* Brunſvicum, *controverſæ hactenus libertatis urbem, eamq; vix menſe elapſo dedere ſe compellunt. Recipiunt Cives Præſidium, impenſarum promittunt ſolutionem, jurant* Rodolpho Auguſto *Duci Guelferbytano aliàs ad Fratres ſuos pro urbe terras à ſe transferenti, obſequium.*

Galliæ Rex Ludovicus XIV. Lotharingiæ Ducem omni ditione exuit, atq; loca per Ducatum iſtum munita expugnat.

In Moſcovia *Stephanus Razin* fratrem ſuum â Duce militiæ Moſcovi-

Pontifex Romanus nonnullos Monachorum Ordines tollit, eorumque reditus Venetis concedit, ad bellum contra Turcas gerendum.



MONARCHIA QUARTA *five* ROMANORUM

ANNI *Christi.*

RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adspiravere, aut iis se oppofuere.

ticæ Dolhorueky occifum ulturus primum Coſſaccos, dein magno numero alios attrahit, urbem Aſtracam & totum regnum Caſan occupat.

1671. Archi-Epiſcop⁹ Colonienſis litem intendit *Coloniæ* urbi, quam tamen imperator Rex & vicini Principes in tutelam fuſcipiunt.

Stephanus Razin rebellis per inſidias interceptus ſupplicio afficitur extremo, & regiones ab iſto ſubactæ ad Moſcoviæ ducem redeunt.

Rex Daniæ *Christianus V.* novum Ordinem Equeſtrem inſtituit Dannenbrage dictum.

1672. Galliæ Rex cum quo turmas ſuas junxerant Archi-Epiſcopus Colonienſes & Epiſcopus Monaſterienſis in fœderatos Belgas movet, oppida ad Rhenum & Moſam munitiſſima Regi deduntur. Hinc in ipſa Provinciarum iſtarum viſcera Rex penetrat *ulteriectum* usque, quod ei portarum claves ad aliquot millaria ultro offert. Oppidis ad Flevum Lacum vulgo die Süder See occupatis; jam tribus aut quatuor milliaribus Rex *Amstelodamo* abeſt, quod tamen immiſſis aquis defenditur.

Muly Ismaël regnum Maroccenſe occupat, Rege priori oppreſſo.

Factioſi, male contenti dicti, Poloniam turbant, quorum Principes bonis exuuntur, & relegantur.

In Hungaria ſuperiori proſcripti exules, negotium faceſſunt Cæſareanis; aliquoties quidem profligantur, ſed tamen viribus collectis inſtruct. & parati ſæpius revertuntur.

Copiæ Cæſarianæ & Brandeburgicæ movent Rhenum verſus in Gallos, eosque à bello Belgico avertunt.

1673. *Galli* Turennio *duce Germaniam ſuperiorem in partibus cis Rhenum vexant, præcipuè in Franconia, contra quos Cæſareani movent eosq; velitationib⁹ carpunt, exagitant, & ad Rhenum rejiciunt.*

Quidam *Amurat Beij* Tunetanam

ANNI *Christi.*

RES PUBLICA CHRISTIANORUM *five* RES SACRÆ

In Westphalia Herfordiæ Johannes de Labadie ex Monacho Jeſuita Miniſter Eccleſiæ Calviniana per Galliam atque Belgium, neſcio obquam cauſam vagus.

Sibi tam ex fœminis quam viris aſſeclas colligit & ſeparatum ab alijs cœtum inſtituit.

Rex Angliæ omnes Romano Catholicos Sacerdotes & Clericos Parlamento urgente, peculiari edicto, regno excedere jubet.

MONARCHIA QUARTA five ROMANORUM	ANNI Christi.	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI Christi.	RES PUBLICA CHRISTIANORUM five RES SACRÆ

in Africa urbem expugnat occiſoque magiſtratu alium conſtituit.

Alſatiæ civitates *imperij liberæ à Gallo pleræque ſubjiguntur & mœnibus nudantur.*

Ludovicus Henricus Comes Palatinus Simmerenſis *moritur: Unde de* Bockelheimenſi *ditione inter Archi-Epiſcopum Moguntinum & Electorem Palatinum concertatio exorta.*

Moluccarum Inſula *Termate* vehementi terræ motu concuſſa multis in partibus evertitur & deſolatur.

1674. Princeps *Arauſiacus* à Belgicarum fœderatarum Provinciarum ſtatibus Proprinceps hereditarius declaratur.

Wihelmus Fürſtenbergius *Comes Coloniæ interceptus in Auſtriam abducitur; Hanc ipſam capturam Rex Galliæ ægerrimè hactenus tulit.*

Galliæ Rex Burgundiæ Comitatũ munitis urbibus arcibusq; expugnatis in ſuam redigit poteſtatem, Cæſareanis Hiſpanis & Belgicis copijs interim per hiberna ſedentibus.

Electori Brandeburgico Rex Galliæ Veſaliam Reſam & Schenckianũ *munimentum tradit. Archi-Epiſcopus Colonienſis & Epiſcopus Monaſterienſis conciliantur Cæſari, ſuaſque turmas Gallo militantes revocant.*

Poloniæ Rex in *Ukraina* feliciter rem gerit, multaque ibidem Tartaris, Turcis Coſaccisque ejectis oppida recuperat.


Imperatori naſcitur filia Aña, Maria, Joſepha, Thereſia, Dominica, Antonia, Xevera, Theodora *in baptiſmate nominata.*

1675. *Cæſaris copiæ Leodicenſis Epiſcopatus oppida inque bis* Dinantium & Hojum *ſubigunt, iisque præſidia imponunt.*

Wrangelius *Electoris Brandeburgici ditionibus incubat, ut illum à negotijs, quæ auxiliares ejus copiæ Regi Galliæ facesſere conabantur, abduceret.*

Turennius tormenti globo concuſſus diem obiit; Ex hujus morte miles Gallicus plurima damna tulit, inde Trevirim *& Galliæ Mareſchallũ Crequiũ* Lüneburgenſes *capiunt*

Evangelici *in Hungaria miſerrimã capturam & auriſſima exilia ſubire coguntur.*



MONARCHIA QUARTA *sive* ROMANORUM	ANNI *Christi.*	RES ILLUSTRIUM GENTIUM, earum maximè, quæ ad Monarchiam adſpiravere, aut iis ſe oppoſuere.	ANNI *Christi.*	RES PUBLICA RES SACRÆ. *sive* CHRISTIANORUM
		Elector Brandeburgicus *Svecorum copias ex ditionibus ſuis feliciter profligat quo facto Daniæ Rex* Viſmariam *vexat, & poſt diutinam obſidionem cum jactura plurium urbem capit, Hafniamq; repetit.*		
		Duces Brunſvicenſes & Lüneburgenſes una cum Epiſcopo Monaſterienſi Bremenſem & Verdenſem Epiſcopatum infeſtant.		
	1676.	*Tractatus Noviomagi ad pacem difficulter inclinant; In Gallia potius Suecia & Dania magnus conſcribitur exercitus.*		
		DEUS Pacis autor reflectat corda Regum Principumq; EVANGELICORUM ad ejusmodi inter ſe amorem, quem fides exigit, ne qui uno ſenſu, & corde uno DEUM colunt, in eorum, quos Religionis cauſa jungit, viſera ſæviant! Amen!		[illegible]




ROMA



